A. Verbum aruspicum e regione. Cum enim sacerdotes de bello consulebant occisi tauri unum latus hostium alterum ipsorum esse designabant. Quem euiscerantes cernebant quid esset futurum. B. Vitalia sunt maiora intestina cor et pulmo. F. Omentum dicitur mappa uentris quod uulgo centipillum uocatur uel thomatula. G. Sensus hoc sacrificium tibi non fecimus iupiter sed manibus diis quia non licebat ioui taurum immolare. Siue summum iouem accipiamus ut sit cum tibi non litaui uerum plutoni cur in tauri uiscera uenistis inferi.

Z. Qui libros fecit artis aruspicine et tradidit etruscis.

2. Nigidius figulus qui ideo hoc nomen accepit quod regressus a grecia dixit se didicisse orbem a celeritate rote torqueri.

X. Apud egiptios alexandria a mathematicis copiosa est.

Plurimus asperso uariabat sanguine liuor.
Cernit tabe iecur madidum. uenasque minaces
Hostili de parte uidet. pulmonis anheli
Fibra latet [abscondita]. paruusque secat uitalia limes.
Cor iacet. et saniem per hiantis uiscera rimas
Emittunt. produntque suas omenta latebras.
Quodque nefas nullis impune apparuit extis.
Ecce uidet capiti fibrarum increscere molem [magnitudinem].
Alterius [in parte inimicorum] capitis pars egra et marcida pendet.
Pars micat et celeri uenas mouet inproba pulsu.
His ubi concepit magnorum fata malorum
Exclamat [i. est]. uix fas superi quecumque mouetis
Prodere me populis. nec enim tibi summe litaui
Iupiter hoc sacrum. cesique in uiscera tauri
Inferni uenere dii. non fanda timemus.
Sed uenient maiora metu. dii uisa secundent.
Et fibris sit nulla fides. sed conditor artis
Finxerit ista tages. flexa sic omnia tuscus
Inuoluens. multaque tegens ambage canebat.
At figulus cui cura deos secretaque celi
Nosse fuit. quem non stellarum egyptia memphis
Equaret uisu. numerisque mouentibus astra.
Aut hic errat ait nulla cum lege per euum
Mundus et incerto discurrunt sidera motu.
Aut si fata mouent. urbi generique paratur
Humano matura lues. terre ne dehiscent.
Subsidentque urbes. an tollet [auferet] feruidus aer

b. Chele sunt brachia scorpionis que libram faciunt. C. Bene in tempore belli mars apparebat. et illud latus orionis quod gestabat gladium. D. Multos exibit in annos. Post enim antonius bellum fecit. et filius pompeii piraticam exercuit. et pompeius occisus est. E. Extrahe i. protende ne pax ueniat cum domino. quoniam postquam dominus uenerit pacem seruitio tenebis. uel quandiu ciuile bellum gesseris libera eris. cum autem desieris domino non carebis.

Temperiem. segetes tellus infida negabit.
Omnis an infusis miscebitur unda uenenis.
Quod cladis genus o superi qua peste paratis
Seuiciam [hominum]. extremi multorum tempus in unum [in uno die multi morientur]
Conuenere dies. summo si frigida celo
Stella nocens nigros saturni accenderet ignes.
Deucalioneos [diluuium fieret] fudisset aquarius ymbres.
Totaque diffuso latuisset in equore tellus.
Si seuum [Si sol in leone esses] radiis nemeum phebe leonem
Nunc premeres. toto fluerent incendia mundo
Succensusque tuis flagrasset curribus ether.
Hi cessant [solis et saturni] ignes. tu qui flagrante minacem
Scorpion incendis cauda. chelasque peruris.
Quid tantum gradiue paras. nam mitis in alto
Iupiter occasu premitur. Venerisque salubre
Sydus hebet. motuque celer cillenius heret.
Et celum mars solus habet. cur signa meatus
Deseruere suos. mundoque obscura feruntur.
Ensiferi nimium fulget latus orionis.
Imminet armorum rabies. ferrique potestas
Confundet ius omne manu. scelerique nefando
Nomen erit uirtus. multosque exibit in annos
Hic furor. et superos quid prodest poscere finem.
Cum domino [i. cesare] pax ista uenit. duc roma malorum
Continuam seriem. cladesque in tempora multa
Extrahe ciuili tantum iam libera bello.
Terruerant satis hec [que figulus dixit] pauida presagia plebem.

A. Sistole .i. correptio. Na(m) do p(ro)ducitur naturaliter. Est aute(m) patronomicum ab edono monte tracie. p(ro) possessiuo. B. Capos dicit macedonie. ubi bellu(m) ciuile gestu(m) est contra brutum et cassiu(m) a cesare et antonio.

Sed maiora premunt; nam qualis uertice pindi
Edonis ogigio decurrit plena lieo.
Talis et attonitam rapitur matrona p(er) urbem
Vocibus his prodens urgentem pectora phebum;
Quo feror o pean? qua me sup(er) ethera raptam
Constituis terra? uideo pangea niuosis
Cana iugis. latosq(ue) hemi sub rupe philippos.
Quis furor hic o phebe? doce. quo tela manusq(ue)
Romane miscent acies. bellumq(ue) sine hoste e(st).
Quo diuersa feror? primos me ducis in ortus.
Qua mare lagei mutatur gurgite nili.
Hunc ego fluminea deformis truncus harena
Qui iacet agnosco. dubiam sup(er) aequora. sirtim
Arentemq(ue) feror libiem. quo tristis erinis
Transtulit emathias acies. nunc desup(er) alpis
Nubifere colles. atq(ue) aeriam pyrhenen
Abripimur; patrie sedes remeamus in urbis
Impiaq(ue) in medio peraguntur bella senatu.
Consurgunt partes iteru(m). totumq(ue) per orbem
Rursus eo. noua da mihi cernere litora ponti
Telluremq(ue) noua(m). uidi iam phebe philippos
Hec ait. et lasso iacuit deserta furore.

EXPL(ICIT) LIB(ER) I. INCIPIT SECUNDUS

Iamq(ue) ire patuere d(eu)m manifestaq(ue) belli
Signa dedit mundus. legesq(ue) et federa reru(m)
Prescia monstrifero uertit natura tumultu.
Indixitq(ue) nefas; cur hanc tibi rector olimpi.

Causas dicit a chaos .i. effusione elementoru(m) u(n)de cuncta creata sunt. C. Sc(un)d(u)m stoices dicunt fata plurimu(m) posse. D. Sec(un)d(u)m epicureos qui agi omnia casib(us) dicunt. E. Vt q(uo)d futuru(m) sit nescientes sperent et bona posse contingere. F. Iustitiu(m) d(icitu)r publicus luctus. ab eo q(uo)d est ius taceat. Iustitiu(m) aute(m) est p(ro)prie iuris statio. sic solstitiu(m) solis statio. ponit(ur) pro luctu sic hoc loco. et reuera ubi iustitia relinquitur. ibi luctus inuenitur.

Sollicitis uisum mortalibus addere curam.
Noscant uenturas ut dira per omina clades.
Siue parens rerum cu(m) primum informia regna
Materiamq(ue) rudem flamma cedente recepit
Fixit in eternum causas. qua cuncta coercet
Se quoq(ue) lege tenens. et secula iussa ferentem
Fatorum inmoto diuisit limite mundum.
Siue nihil positum e(st). sed fors incerta uagatur.
Fertq(ue) refertq(ue) uices. et habent mortalia casu.
Sit subitum quodcumq(ue) paras. sit ceca futuri
Mens hominum fati. liceat sperare timenti;
Ergo ubi concipiunt quantis sit cladibus orbi
Constatura fides superum. ferale per urbem
Iusticium. latuit plebeio tectus amictu
Omnis honos. nullos comitata e(st) purpura fasces;
Tunc questus tenuere suos. magnusq(ue) p(er) om(ne)s
Errauit sine uoce dolor; sic funere primo
Attonite tacuere domus. cu(m) corpora nondum
Conclamata iacent. nec mater crine soluto
Exigit ad seuos famularu(m) brachia planctus;
Sed cum membra premit fugiente rigentia uita.
Vultusq(ue) exanimes. oculosq(ue) in morte minaces.
Necdum e(st) ille dolor. sed ia(m) metus incubat amens
Miraturq(ue) malum; cultus matrona priores
Deposuit. mestaeq(ue) tenent delubra cateruę;
Hę lacrimis sparsere deos. hę pectora duro
Adfixere solo. lacerasq(ue) in limine sacro

G. Na(m) sic plangitur romano more. Et clamat ho(mo) d(icitu)r quando ho(min)es de eo desperantes ia(m) apta uoce clamant et dicunt factu(m) est non uiuit.

H. Exigit moraliter dictu(m) est. na(m) serui etia(m) si n(on) doleant. tam(en) iubentur ut plangant.

A. Id est ne expectetis donec summus dolor ueniat et tunc non liceat uos flere. sed potius nunc flete quamdiu licet. B. Alii ciuitatem africe accipiunt. alii uicum apulie. iuxta quem hannibal multitudinem romani exercitus deleuit. et consulem paulum. C. Treuie uicus est in tuscia. iuxta quem hannibal flaminium consulem uicit. Aliqui alie ciuitatem accipiunt. quam treuiros dicit. D. Persas dicit. Nam hec parthie regio est. Achemenia oppidum quod aliquando sub achamenide rege arabie et parthie fuit.

Attonite fudere comas. uotisque uocari
Assuetas crebris feriunt ululatibus aures.
Nec cuncte summi templo iacuere tonantis.
Diuisere deos. et nullis defuit aris
Inuidiam factura parens. quarum una madentes
Scissa genas. planctu liuentes atra lacertos.
Nunc ait o misere contundite pectora matres.
Nunc laniate comas. neue hunc differte dolorem.
Et summis seruate malis. nunc flere potestas
Dum pendet fortuna ducum. cum uicerit alter.
Gaudendum est. his se stimulis dolor ipse lacessit.
Nec non bella uiri. diuersaque castra petentes
Effundunt iustas in numina seua querelas.
O misere sortis. quod non in punica nati
Tempora cannarum fuimus. trebieque iuuentus.
Non pacem petimus superi. date gentibus iras.
Nunc urbes excite feras. coniuret in arma
Mundus. achemeniis decurrant medica susis
Agmina. massageten scithicus non alliget hister.
Fundat ab extremo flauos aquilone sueuos
Albis. et indomitum rheni caput. omnibus hostes
Reddite nos populis. ciuile auertite bellum.
Hinc dacus premat. inde getes. occurrat hiberis
Alter. ad eoas hic uertat signa faretras.
Nulla uacet tibi roma manus. uel perdere nomen
Si placet hesperium superi. conlapsus in ignes
Plurimus ad terram per fulmina decidat aether.

E. Fugerat enim sillam cum quo dimicabat. Hic arpinas fuit ciuis curionis. F. Auidi soli. Cito enim haurit quicquid acceperit. G. Septies consul fuit primum marius. et ideo felix quoniam sine uulnere uitam finiuit. dum semper bello uixerat. H. Non ideo seruatus est quia aliquid numen ei fauebat. sed quia talis erat ut romam posset euertere.

Seue parens. utrasque simul. partesque ducesque
Dum non dum meruere feri. tantone nouorum
Prouentu scelerum. querunt uter imperet orbi.
Vix tanti fuerat ciuilia bella mouere
Vt neuter. tales pietas peritura querelas
Egerit. at miseros angit sua cura parentis.
Oderuntque grauis uiuatia fata senecte.
Seruatosque iterum bellis ciuilibus annos.
Atque aliquis magno querens exempla timori.
Non alios inquit motus tunc fata parabant.
Cum post teutonicos uictor. libicosque triumphos
Exul limosa marius caput abdidit ulua.
Stagna auidi texere soli. laxeque paludes.
Depositum fortuna tuum. mox uincula ferri
Exedere senem. longusque in carcere pedor.
Consul et euersa felix moriturus in urbe
Penas ante dabat scelerum. mors ipsa refugit
Sepe uirum. frustraque hosti concessa potestas
Sanguinis inuisi. primo qui cedis in ictu
Deriguit. ferrumque manu torpente re[...]isit.
Viderat inmensam tenebroso in carcere lucem
Terribiles deos scelerum. mariumque futurum.
Audieratque pauens. fas hec contingere non est
Colla tibi. debet multas hic legibus aeui
Ante suam mortes. uanum depone furorem.
Si libet ulcisci delete funera gentis.
Hunc cimbri seruate senem. non ille fauore

7. Marius a fania cū ei cōmissus in fide eēt custodię ad fugā dimissus est. 2. Quia dū consul erat kartaginē semꝑ uastabat. Ideo tē n̄ hospes receptus est. sed in sepulchris mortuoꝝ nocte quiescebat. L. Ut kartago haberet solatiū de marii malis. et marius de kartaginis. A. humiles facti ignouere deis. Deis ignoscere dr̄. qd diu iusserunt ferre pacienter.

Numinis ingenti superum protectus ab ira est.
Vir ferus et romam cupienti ꝑdere fato
Sufficiens; idem pelago delatus iniquo
Hostilem in terram. uacuisque mapalibus actus.
Nuda triumphati iacuit per regna iugurthę
Et pęnos pressit cineres; solatia fati
Kartago mariusque tulit. pariterque iacentes
Ignouere deis. libicas ibi colligit iras;
Ut primum fortuna redit. seruilia soluit
Agmina conflato seuas ergastula ferro
Exeruere manus. nulli gestanda dabantur
Signa ducis. nisi qui scelerum iā fecerat usum.
Attuleratque in castra nefas; ph fata quis ille.
Quis fuit ille dies. marius quo męnia uictor
Corripuit. quantoque gradu mors sęua cucurrit.
Nobilitas cum plebe perit. lateque uagatur.
Ensis et a nullo reuocatū est pectore ferrum;
Stat cruor in templis multaque rubentia cede
Lubrica saxa madent. nulli sua ꝓfuit ętas.
Non senis extremū piguit uergentib. annis
Precipitasse diem. nec ꝑmo in limine uitę
Infantis miseri nascentia rumpere fata;
Crimine quo parui cędem potuere mereri.
Sed satis est iam posse mori. trahit ipse furoris
Impetus. et uisum lenti quęsisse nocentem.
In numerum pars magna perit. rapuitque cruentus
Victor ab ignota uultus ceruice recisos.

5. Ut causa occidendi eēt. qd erat qui posset occidi.

B. Lenti et ignaui putabant homines si in ciuili bello quererent quos necarent.

b. Non quia merebant. sed ut numerus occisorū augeretur.

d. Hoc signū dederat marius fugitiuis. ut ille seruaretur qui manū suorū fixisset osculatus. b. Ordo. Vix uacat flere o bebi decerpsisse. C. Terentius histrio circūuentus a fugitiuis ꝑmisit se ostensurū eis inimicū marii qui multa in senatu contra eū decreuisset. et ostendit eis bebiū quē raptū et discerptū mario optulerunt. E. Antonius ꝑsagus malorū. Hic est qui metello dixit ni mature adduxisset exercitū hoc passurum

Dum uacua pudet ire manu. spes una salutis
Oscula pollutę fixisse trementia dextrę.
Mille licet gladii mortis noua signa sequantur
Degener o populus uix sęcla longa decorum
Sic meruisse uiris. ne dum breue dedecus aeui.
Et uitam dum silla redit; cui funera uulgi
Flere uacet. uixte sparsum ꝑ uiscera bebi
Innumeras inter carpentis membra coronę
Discerpsisse manus. aut te presage malorum
Antoni. cuius laceris pendentia canis
Ora ferens miles festę rorantia mensę
Inposuit; truncos lacerauit fimbria crassos;
Sęua tribunitio maduerunt robora tabo;
Te quoque neglectum uiolatę sceuola dextrę
Ante ipsum penetrale deę semperque calentis
Mactauere focos. paruum sed fessa senectus
Sanguinis effudit iugulo. flāmisque pepercit.
Septimus hęc sequitur repetitis facib. annus.
Ille fuit uitę mario modus. omnia passo
Quę peior fortuna potest. atque omnibus uso
Quę melior. mensoque hominis quid fata paterent;
Iam quot apud sacri cecidere cadauera portū.
Aut collina tulit stratas quot porta cateruas.
Tunc cum pene caput mundi. rerumque potestas
Mutauit translata locū. romanaque samnis
Vltra caudinas sperauit uulnera furcas;
Silla quoque inmensis accessit cladibus ultor.

7. Ignauum plm uocat. qui sic uitā mereretur. et tātis malis huiusmodi ry passiones. t nūq audite superuenerunt.

ꝑ. quę senes iam fecerunt. hic occidi marius iussit. cuius caput ad eū allatum in mēsa poni iussit. et occisorē accūbere. postea caput antonii conto fixit. ꝑ rostris posuit.

F. Quia fimbria legatus marii cū ꝑpe minturnā ciuitatē crassos deprehendisset occidit eos. et capita misit ad mariū.

G. Flāmisque pepe. ut nō extingueret mensas aras sanguis effluens.

H. Sacri portu laurentū dic. hic silla de asia regressus pugnauit cū mario adolescente qui uictus preneste fugit.

I. Damasippus samnitū dux marii fautor ap collinā portā cū suis conflixit. quo uicto occubuit.

k. Apud caudinas furcas fugerat roman exercitus. et sperabat se samnis maiora uulnera facturum.

2 Potest generaliter accipi aut specialiter ut de mario rumori dictum sit qui a seruo occisus cum p cuniculum de prenestina ciuitate uellet euadere. ☞ Rapuere. ut sua perirent manu. ne essent quos occideret Silla. ☞ Pisea elidus ciuitas. Dicit autem enomaum qui fraude mirtilo uictus est quadrigarum cursu a pelope et occisus est. hic enim ut ypodamiam filiam suam peremptis denegaret procos in equestri cursu occidebat.

Ille quod exiguum restabat sanguinis urbi
Hausit; dumq; nimis iam putria membra recidit.
Excessit medicina modum. nimiumq; secuta est
Qua morbi duxere manus; periere nocentes
Sed cum iam soli possent supesse nocentes. qui inficiebantur.
Tum data libertas odiis. resolutaq; legum
Frenis ira ruit. non uni cuncta dabantur. crimina.
Sed fecit sibi quisq; nefas; semel omnib; omnia licebant. quę illi faciebant.
Usserat; 2 infandum dnm p uiscera ferrum
Exegit famulus. nati maduere paterno
Sanguine. certatum ē cui ceruix cęsa parentis
Cederet. infratrum ceciderunt premia fratres.
Usta repleta fuga. pmixtaq; uiua sepulcris ut se absconderent
Corpora. nec populum latebrę cepere ferarum; siluę. quatuor erant.
Hic laqueo fauces. elisaq; guttura fregit.
Hic se precipiti iaculatus pondere. dura
Dissiluit percussus humo. morteq; cruento
Victori rapuere suas. hic robora busti fillę. o.
Extruit ipse sui. nec dum omni sanguine fuso
Desilit in flammas. & dum licet occupat ignes; uetabant. eni sepelirį.
Colla ducum pilo trepidam gestata per urbem. ft.
Et medio congesta foro. cognoscitur illic in capitibus ducum cępbant. morteq; ecę.
Quicquid ubiq; iacet; scelerum non tracia tantum
Vidit. bistonii stabulis pendere tyranni; Nota hanc fabulam anthet.
Postibus antei libie. nec grecia merens udit. & nn tantum sceleru. nominatius.
Torta lacertosi artus prisea fleuit in aula; c redit ad istoriam.
Cum iam trabe fluunt confusaq; tępore multo s. corpora.

☞ Signa quib; a suis agnosci possent. 2 Catulum tangit. cui cum marius diceret se nn euasurum. primo calcis se occidit. Postea filius catuli petiit a silla ut sibi marius daretur ad penam. quę p singula membra punirit. & ita deberent illum punire ut silla uultus posset recognoscere. & grauiorem haberent.

Amisere notas. miserorum dextra parentum
Collegit. & pauido subduxit cognita furto;
Męq; ipsum memini cęsi deformia fratris ubi. oratoris.
Ora rogo cupidum. uetitisq; imponere flammis pirę.
Omnia sillanę lustrasse cadauera pacis
Perq; omnes truncos. cumqua ceruice recisum
Conueniat quęsisse caput; quid sanguine manes marii.
Placatos catuli referam. cum uictima tristis 2
Inferias marius forsan nolentibus umbris
Pendit. in expleto non fanda piacula busto
Cum lacertos artus aequataq; uulnera membris
Vidimus & toto quamuis in corpore cęso
Nil animę letale datum. moremq; nefandę
Dirum seuicię pereuntis parcere morti; q. n stati etiam intremit.
Ausi sę cecidere manus. exsectaq; lingua
Palpitat. & muto uacuum ferit aera motu
Hic aures. alius spiramina naris ad unce
Amputat. ille cauis euoluit sedibus orbes. oculos.
Vltimaq; effodit spectatis lumina membris; cęsis.
Vixerit ulla fides. tam seuo crimine unum
Tot pęnas cepisse caput; sic mole ruinę
Fracta sub ingenti miscentur pondere mębra alicuius.
Nec magis informes uenerunt ad litora trunci. hominu.
Quos medio periere freto; quid pdere fructum
Iuuat. & ut uilem marii confundere uultum.
Et sceleris hoc fille. cędesq; ostensa placeret.
Agnoscendus erat; uidit fortuna colonos

℞ Marius uumor ad hanc se contulerat ciuitatē · Silla cōmot̄ iussit noue milia hominū de ea ciuitate occidi · Fortuna aū colitur in p̄nestina · Vnde dixit fortunā p̄nestinā ℣ · Locus in urbe quo romulus oīs pastores congregauit · ỹ · Nominatiuus nominis substantiuo uerbo iunctus regit accusatiuum ·

Præneſtina ſuos cunctos ſimul enſe recepto ·
Vnus populum pereuntem tempore mortis ;
Tum flos heſperiæ latii iam ſola iuuentus
Concidit & miſeræ maculauit oſſibus urbem ;
Tot ſimul infeſto iuuenes occumbere leto
Sepe fames pelagique furor ſubitæque ruinæ
Aut terræ cæliq; lues aut bellica cladeſ.
Nunquam pœna fuit ; denſi nix agmina uulgi
Inter & exanguis immiſſa morte cateruas
Victores mouere manus · uix cede peracta
Procumbunt · dubiaq; labant ceruice · ſed illos
Magna premit ſtrages · paſſimq; cadauera partē
Cædis · iuua graues eludunt corpora truncī ;
Intrepidus tanti ſedit ſecurus ab alto
Spectator ſceleris · miſeri tot milia uulgi
Non timuit iuſſiſſe mori · congeſta recepit
Omnia tyrrenus ſyllana cadauera gurgeſ.
Influuium primi cecidere · in corpora ſummi ;
Precipites hæſere rates · & ſtrage cruenta
Inter ruptus aquæ fluxit prior amnis in æquor ·
Admolem ſtetit unda ſequens ; nā ſanguinis alti
Vis ſibi fecit iter · campumq; effuſa p̄ omnem
Precipitiq; ruens tyberina influmina ruit ·
Herentis aduuit aquas ; nec iam alueus amnem
Nec retinent ripæ · redditq; cadauera campo ;
Tandem tyrrenas uix eluctatus in undas ·
Sanguine ceruleum torrenti duxit æquor ;

℣ Soror — catonis bruto maiori nupſit · hinc natus eſt minor brutus · cuius cato auunculus fuit · Z · Caſtores dicit quę a ioue comphensa eſt & in ursam mutata · Postea in ſidus ſeptentrionis recepta ·

Hæc ſine ſalus rerum · felix hæc ſylla uocari ;
His meruit tumulum medio ſibi tollere campo ;
Hæc rurſus patienda manent · hoc ordine belli
Litur · hic ſtabit cuiuſdam exitus armis ·
Quāquā agitat grauiora metus · multūq; cohors
Humani generis maiore in prælia damno ;
Exulibus marius bellorū maxima merces
Roma recepta fuit ; nec plus uictoria ſyllæ
Reſtituit · inuiſas penitus quia tollere partes ·
Hoſ alio fortuna uocat · olimq; potentes
Concurrunt · neuter ciuilia bella moueret
Contentus quo ſylla fuit ; ſic meſta ſenectus
Reſtituitq; memor flebat · metuensq; futuri ;
At non magnanimi percuſſit pectora bruti
Terror · & intanta paſſi formidine motus
Pars populi lugentis erat ; ſed nocte ſopora
Parrhaſis obliquos · helice cui uerteret axes ·
Atria cognati pulſat non ampla catonis ;
Inuenit inſomni uoluentē publica cura
Fata uirū · caſuſq; urbis · cunctoſq; timentē ·
Securumq; ſui ; fariq; his uocibus orſus ;
Omnibus expulſæ terris · olimq; fugatæ
Virtutis iam ſola fides · qua turbine nullo
Excuteret fortuna tibi · timente labantem
Vrige me · dubium certo tu robore firma ·
Nam quis alii magnū · uel cæſaris arma ſequentē ·
Dux bruto cato ſolus erit ; pacemne tueris ·

7 Absoluere · idest innocentes facere · & est defensio omnū ad hęc bella uenientū · si id̄ fecerit · 2 Vt qui fidē seruare noluerunt · uelint eā penitus extinguere cū mundi labe · 4 Si tibi placuerint · pugnabis n̄ aliqua causa · sed solo amore belli ·

V Supra ait · Quęq; fuę rapiunt scelerata in p̄lia causę ;

Z Olimpus mons macedonię in quē dicit fulmina n̄ uenire · quod supra nubes sit · p quas fulmina deferuntur ·

In concussa tenens dubio uestigia mundo ·
An placuit ducibus · sceleru · populiq; furenti
Cladibus unmixtum · ciuile absoluere bellum ·
Quemq; fuę rapiunt scelerata in prelia causę ;
Hos polluta domos · legesq; in pace timendę ·
Hos ferro fugienda fames · mundiq; ruinę
Per muscenda fides · nullū furor egit in arma ·
Castra petunt magna uicti mercede · tibi uni
Perse bella placent ; quid tot durare p annos
Prosiut unmunem corrupti moribus aeui ·
Hoc solum longę precum uirtutis habebis ·
Accipient alios · facient te bella nocentem ·
Ne tantum ó superi liceat feralibus armis ·
Has etiam mouisse manus · nec pila lacertis
Missa tuis ceca telorum in nube ferantur ·

H ldest cęsarē dolebit castra magni suis p̄lata · postq tantū ciuem cū his in p̄lia uenire uiderit ;

Nec tanta in cassum uirtus eat ; ingeret omnis
Se belli fortuna tibi ; quis nolit ab isto
Ense mori · quamuis alieno uulnere labens
Et scelus esse tuum · melius tranquilla sine armis
Otia solus agas · sicut cęlestia semper
Inconcussa suo uoluuntur sydera lapsu ;
Fulminibus propior terrę · succenditur aer ·
Imaq; telluris uentos · tractusq; coruscos
Flammarum accipiunt · nubes excedit olimpus
Lege deum ; minimas rerum discordia turbat ·
Pacem magna tenent ; quę letę cesaris aures
Accipient · tantum uenisse in prelia ciuem ·

L Quia cętera erunt sub iuga pōpei · & pōpeius priuatus · cęsar solus erit liber ·
M Innocentię est qđ belli ciuilib; n̄ unit interesse · utrutis · quod se sponda uictoris inimicum · N Cōparat ciuile bellū ruinę mundi · ut illo olīpo catonē ;
O hē furorē dicit nolle fore in periculo ciuitatis · ut solus otia sequeretur ·

Nam prelata suis numquam diuersa dolebit
Castra ducis magni · numinum placet ipse catoni
Sibellum ciuile placet ; parsq magna senatus ·
Et duce priuato gesturus prelia consul ·
Sollicitant · proceresq; alii quib; adde catonem
Sub iuga pompei ; toto tam liber in orbe
Solus cesar erit ; quod si pro legibus arma
Ferre iuuat patrias · libertatemq; tueri ·
Nunc neq; pompei brutum · neq; cesaris hostem ·
Post bellum uictoris habes ; sic fatur · at illi
Arrebano sacras reddit cato pectore uoces ;
Summū brute nefas ciuilia bella fatemur ·
Sed quo fata trahunt · utrius secura sequetur ·
Crimen erit superis · & me fecisse nocentem ;
Sidera quis · mundumq; uelit spectare cadentē
Expers ipse metus · quis cū ruat arduus aether ·
Terra labet · mixto coeuntis pondere mundi ·
Conpressas tenuisse manus · gentesne furorē
Hesperium ignotę · romanaq; signa sequentur ·
Ductiq; fretis alio sub sidere reges ·
Ota solus agam · procul hunc arcete furorem
O superi · moturа dacas ut clade getasq;
Securo me roma cadat ; ceu morte parentem
Natorum orbatum longum p̄ducere funus
Adtumulos iubet ipse dolor · uiuat ignibus atris
Inseruisse manus · constructoq; aggere busti ·
Ipsum attas tenuisse faces · non ante reuellar

Duo fuerunt de quib; aut uirgilius· de his alt̄ se uouit latino bello· alius sagun-
tino· nā dū contra hostes ire deberent· apollinē consuluerunt· qui responde
ut quorū dux occideretur uictoriā adipiscerentur· Tunc decius sponte obu-
lit se hos-
tibus· & occi-
sus ē· adepti
sunt sui uic
toriam;

Exanimem quā te complectar· roma· tuumq?
Nomen libertas· & manem ꝓsequar umbram·
Sic eat· inmutet romana piacula diui
Plena ferant· nullo fraudemus sanguine bellū

L. Siue idō
dic̄ ut occi-
datur· siue
q. uere
postq se ap̄
uticam oc
cidit pax
effecta est;

Ouinam cęliq? deus· herebiq? liceret·
Hoc caput in cunctas dampnatū exponere penas;
Dum uotum hostiles decium pressere cateruę·
Me gemine figant acies· me barbara tęlis
Rheni turba petat· cunctis ego peruius hastis
Excipiam medius totius uulnera belli·

Hic introdu
cit marciā
ob cōmenda-
tionē iustici-
ę· tanti uiri·
& ad repre
hensionem
romanorū·
ob quorum
peccata iur
talis ad tan
tū nefas tra
hebatur·

Hic redimat sanguis populos· hac cede lauetur
Quicquid romani meruerunt ꝓdere mores;
Duga cur faciles populi· cur seua uolentes
Regna pati peunt· me solum inuadite ferro·
Me frustra leges· & inania iura tuentem·
Redabit hic pacem iugulus· finemq? laborum
Gentibus hesperius· post me regnare uolenti·
Non opus est bello; quin publica signa ducemq?
Pompeium sequimur· nec si fortuna fauebit
Hunc quoq? totius sibi ius promittere mundi
Non bene compertū est· ideo me milite uincat·
Ne sibi se uicisse putet; sic fatur· & acres
Irarum mouet stimulos· iuuenisq? calorem
Excitat in animos belli cuius amores;
Interea phebo gelidas pellente tenebras
Pulsatę sonuere fores· quas sancta relicto
Hortensi merens irrupit martia busto

Et bene debes me recipere· quia ñ redeo ad te uoluptatis causā·

Quondam uirgo thoris melioris iuncta mariti;
Mox ubi conubii ꝓcium mercesq? soluta est·
Tertia iam soboles· alios fęcunda penates
Impletura datur· geminas & sanguine matris
Per mixtura domos; sed postquam condidit urna
Supremos cineres· miserando concita uultu·
Effusas laniata comas· contusaq? pectus
Verberibus crebris· cineresq? ingesta sepulchri
Non aliter placitura uiro· sic mesta profatur;
Dum sanguis inerat· dum uis materna· ꝓpegi
Iussa caro· & geminos excepi fęta maritos;
Visceribus lassis· partuq? exhausta· reuertor·
Iam nulli tradenda uiro; da fędera prisci
Illibata thori· da tantum nomen inane
Conubii; liceat tumulo scripsisse catonis
Marcia· nec dubium longo queratur in aeuo
Mutarim primas· expulsa· an tradita tedas·
Non me lęcorum comitem· rebusq? secundis
Accipis· in curas uenio· partemq? laborum;
Da mihi castra sequi· cur tuta in pace relinquar
Et sit cuius propior cornelia bello·
Si flexere uirum uoces· & tępora quamquā
Sinistra thoris· iam fato in bella uocante·
Fędera sola tamen· uanaq? carentia pompa
Iura placent· sacrisq? deos ad mittere testes;
Festa coronato nonpendent lumine serta
Infula q? ingeminos discurrit candida postes·

Legitimeque faces. gradibusque ad clinis eburnis
Stat thorus. & picto uestes discriminat auro.
Turritaque premens frontem matrona corona
Translataque uetat contingere limina planta;
Non timidum nupte leuiter tectura pudorem
Lutea demissos uelarunt flammea uultus;
Balteus aut fluxos gemmis adstrinxit amictus.
Colla monile decens. humerisque herentia primis
Suppara nudatos cingunt angusta lacertos;
Sicut erat mesti seruans lugubria cultus.
Quoque modo natos. hoc est amplexa maritum.
Obsita funerea uelatur purpura lana
ioculatores.
Non soliti lusere sales. nec more sabino
colaphos.
Excepit tristis conuicia festa maritus
p Pignora nulla domus. nulli coiere propinqui.
Iunguntur taciti. contentique auspice bruto;
Ille nec horrificam sco dimouit ab ore
Cesariem. duroque admisit gaudia uultu;
Vt primum tolli feralia uiderat arma.

Quã in ornate ad conubium se habuit marcia tã & ille similiter.

Intonsos rigidam in fronte descendere canos
quia ciuitati condolebat.
Passus erat. mestamque genis increscere barbam;
Vni quippe uacat studiis. odiisque carenti
Humanum lugere genus; nec federa prisci
Sunt temptata thori. iusto quoque robur amori
Restitit; hi mores. hec duri inmota catonis
temperantia. prudentia.
Secta fuit. seruare modum. finemque tenere.
iusticiam. fortitudinem.
Naturamque sequi. patrieque inpendere uitam.

Nec sibi. sed toto genitum se credere mundo;
uere seruabat modum.
Huic epulę. uicisse famem; magnique penates.
Submouisse hiemem tecto. preciosaque uestis.
Hyrtam membra sup romani more quiritis
Induxisse togam; uenerisque hic maximus usus.
consilio. defensione.
Progenies. urbi pater est. patrieque maritus.
Iusticię cultor. rigidi seruator honesti.
In commune bonus; nullosque catonis in actus
Subrepsit. partemque tulit sibi nata uoluptas;
Interea trepido discedens agmine magnus.
Mœnia dardanii tenuit campana coloni
a.
Hęc placuit belli sedes. hinc summa mouenti
si placuit
Hostis in occursum sparsas extendere partes.
b. mons.
Vmbrosis mediam qua collibus appenninus
italica
Erigit italiam. nulloque a uertice tellus
Altius intumuit. propiusque accessit olimpo.
ubi ciuitas.
Mons inter medius geminas se porrigit undas.
Inferni. superique maris; collesque coercent
ciuit.
Hinc tyrrhena uado frangentes ęquora pisę.
adriatico mari.
Illinc dalmaticis obnoxia fluctibus ancon;
Fontibus hinc uastis inmensos concipit amnes.
Fluminaque in geminis spargit diuortia ponti.
c.
In leuum cecidere latus. ueloxque metaurus
Crustumiumque rapax. & iunctus sapis isauro.
Senaque & adriacas qui uerberat aufidus undas.
Quoque magis nullum tellus se soluit in amnem
Eridanus. fractas deuoluit in ęquora siluas.

a. Idest ad honorem romanum primo uenti.

Idest capuã quã edificauit capis qui uenit cũ enea;

b. Quã ciuitatẽ cõmdat p situ loci. qui in illa parte est.

c. id in mare qd erat in leuo latere montis.

Id est in sicilia. ubi erat templum iunonis dictum lacinium a lacone latrone ibi interfecto

Hesperiamque exhaurit aquis; hunc fabula primum
Populea fluuium ripas umbrasse corona.
Cumque diem pronum transuerso limite ducens
Succendit [filius solis] pheton flagrantibus aethera loris.
Gurgitibus raptis. penitus tellure perusta.
Hunc habuisse pares phebeis ignibus undas;
Non minor hic nilo. si non per plana iacentis
Egipti libicas nilus stagnaret harenas;
Nec minor hic istro nisi quod dum permeat orbem
Hister. casuros inquelibet aequora fontes
Accipit. et scithicas non solus exit in undas;
Dexteriora petens [appenninus] montis decliuia thibrim
Unda facit. rutubamque cauum delabitur inde
Uulturnusque celer. nocturneque editor [sepe de se nebulam emittit] aure
Sarnus et umbrose liris per regna [dee] marice
Uestinis inpulsus aquis. radensque salerni
[t culta] Tecta siler. nullasque [et] uado qui [per uelox est] macra moratur [non patitur moram]
[naues] Alnos [de dextero latere] uicine procurrit in equora [ciuitatis] lune;
[t or.] Longius educto qua surgit in aera dorso
Gallica rura uidet. deuexasque excipit alpes;
[i in eo loco] Tunc [plus] umbris [mons] marsisque [illo] ferax. domitusque sabello
Uomere [fuit] piniferis amplexus rupibus omnis
Indigenas late populos. non deserit ante [modo claudi...]
Hesperiam. quam cum scilleis clauditur undis;
[sed oli] Extenditque suas in templa lacinia rupes.
[usque ad illud tempus] Longior italia. donec confinia [montem] pontus
[ex utraque parte] Soluerit incumbens. terrasque repelleret equor;

A. Sed postquam geminum mare irrupit. montem. non postea fuit longior. B. Hoc nomen sibi recipiendo. quod postea uocatur siculus pelorus. C. Pompeius miserat cohortes in occursum hostis. unde cesar multum gaudebat. D. Per austrum pompeium per equora omnes romanos intelligamus. per eurum cesarem. per polum fata accipiantur.

At post quam gemino tellus elisa profundo est.
Extremi colles siculo cessere peloro [b];
[c] Cesar in arma furens. nullas nisi sanguine fuso
Gaudet habere uias. quod non terat hoste uacantes
Hesperie fines. uacuosque irrumpat inagros
Atque ipsum non perdat iter. consertaque bellis
Bella gerat. non tam portas intrare patentis
Quam fregisse iuuat. nec tam patiente colono
Arua premi. quam si ferro. populetur et igni.
Concessa pudet ire uia. ciuemque uideri;
Tunc urbes latii dubie. narioque fauore
Ancipites. quamquam primo terrore ruentis
[cesari] Cessure belli. denso tamen aggere firmant
[populi] Moenia. et abrupto circumdant undique uallo;
[rotunda saxa] Saxorumque orbes. et que super eminus hostes
Tela petant. altis murorum turribus aptant;
[anceptes erant tamen] Pronior in magnum populus. pugnatque minaci
Cum [de cesare] terrore fides; [qua habebant] ut cum [cum pompeio] mare possidet auster
Flatibus horrisonis. hunc equora tota sequuntur.
[E.] Si rursus tellus pulsu laxata tridentis
Eoli tumidis inmittat fluctibus eurum.
Quam uis [sit] icta nouo [euro] uentum [tamen] tenuere priorem
Aequora. nubiferoque [F.] polus cum cesserit euro.
Uendicat unda [non austrum] nothum; facilis sed [G.] uertere mentes
Terror erat. dubiamque fidem fortuna ferebat.
[quia terror uicit] Gens etrusca fuga trepidi nudata libonis. [que eam debebat regere]
Iusque sui pulso iam perdidit umbria [suo principe] termo;

E. Et uiam si aliquis uenti par ut maior austro ueniret in mare quis percussum illo nouo uento tamen tenere priorem.

F. Insuper si cederet polus aer illo nouissimo. tamen unda priorem sequeretur.

G. Fides et terror pugnabant. sed terror uicit.

Nec gerit auspicijs ciuilia bella paternus
Cesaris audito conuersus nomine syllam.
Varius ut admotę pulsarunt auxion alę.
Per diuersa ruens neglecto moenia tergo
Qua siluę. qua saxa fugit. depellitur arce
Lentulus exculeę; uictor cedentibus instat
Diuertitq? acies. soluslq? exagmine tanto
Dux fugit. & nullas ducentia signa chohortes;
Tu quoq? nudatam commissę deseris arcem
Scipio nucerię. quãquam firmissima pubes
His sedeat castris. iam pridem cęsaris armis
Parthorum subducta metu. qua gallica damna.
Supplerat magnus. dumq? ipse adbella uocaret.
Donauit socero romani sanguinis usum;
Ac te corsini ualidis circumdata muris
Tecta tenent pugnax domitę tua classica seruat
Oppositus quondam polluto tyro muloni;
Vt procul in mensam campo consurgere nubem.
Ardentisq? acies percussis sole corusco
Conspexit telis. socij decurrite dixit
Fluminis ad ripas. undęq? in mergite pontem.
Et tu montanus totus nunc fontibus exi
Atq? omnis fer gurges aquas. ut spumeus alnos
Discussa compage ferat. hoc limite bellum
Hereat. hac hostis lentus terat oria ripa.
Precipitem cohibete ducem. uictoria nobis.
Hic primũ stans cęsar erit; nec plura locutus

Deuoluit rapidum nequiquã moenibus agmen;
Namq? prior campis ut conspicit amne soluto
Rumpi cęsar iter. calida prolatus ab ira.
Nonsatis est muris latebras quesisse pauori.
Obstruitis campos fluuiisq? arcere paratis
Ignauum nonsi tumido me gurgite gangen
Submoueat. stabit iã flumine cęsar in ullo
Post rubiconis aquas; equitum pperate cateruę
Ite simul pedites. ruitarum ascendite pontem;
Hęc ubi dicta. leuis totas accepit habenas
In campum sonipes. crebroq? simillima nimbo
Transripam ualidi torserunt tela lacerti;
Ingreditur pulsa fluuium statione uacantem
Cęsar. & ad tutas hostis compellitur arces;
Etiam moturas ingentia pondera turres
Erigit. & medijs subrepsit uinea muris;
Ecce nefas belli. referatis agmina portis.
Captiuum traxere ducem. cuiusq? superbi
Constitit ante pedes. uultu tamen alta minaci
Nobilitas recta ferrum ceruice poposcit;
Sic cęsar. pęnamq? peti. ueniamq? timeri.
Vtue licet nolis. & nostro munere dixit
Cerne diem. uictis iã spes bona partibus esto.
Exemplumq? mei. uel si libet. arma retempta
Et nihil ac uenia si uicteris ipse paciscor;
Fatur. & adstrictis laxari uincula palmis
Imperat; heu quanto melius uel cede pacta

Parcere romano potuit fortuna pudori.
Pęnarum extremũ ciui quod castra secutus
Sit patrię. magnumq; ducem. totumq; senatum
Ignosci; premit ille graues interritus iras
Et secum. romam nepetes. pacisq; secessus
Degener. uel in medios belli non ire furores
Iam dudum moriture paras. rue cert. &
Lucis rumpe moras. & cęsaris effuge mun.
Nescius interea capti ducis arma parabat
Magnus. ut in mixto firmaret robore partes;
Iamq; secuturo iussurus classica phebo
Temptandasq; ratus moturi militis iras.
Alloquitur tacitas ueneranda uoce cohortes;
O scelerum ultores. melioraq; signa secuti
O uere romana manus. quibus arma senatus
Non priuata dedit. uotis deposcite pugnam;
Ardent hesperii sęuis populatibus agri.
Gallica per gelidas rabies effunditur alpes.
Iam tetigit sanguis pollutos cęsaris enses.
Di melius belli tulimus qđ dampna priores.
Cęperit inde nefas. iam iam me pside roma
Supplicium. penamq; petat. neq; enĩ ista uocari
Prelia iusta decet. patrię sed uindicis iram.
Nec magis hoc bellum est. quã cũ catilina parauit
Arsuras in tecta faces. sociusq; furoris
Lentulus. exertiq; manus uesana cethegi.
O rabies miseranda ducis. cum fata camillis

24 Nouissime ipsũ spartacũ disposita acie congressũ. maximasq; cũ eo copias fugitiuoꝝ pculit. Nã sexaginta milia eoꝝ cęsa. sex milia capta referuntur.

A. Sylla mortuo lepid' marianę partis assertor aduẽsus catulũ syllanũ ducē surrexit. bis acie certatũ ē. s; catul' scipionē lepidi filiũ simul cũ patre occidit. B. Gneus popeius carbonis marianarũ partiũ ducis equitatũ grauitē trucidauit. ipsũq; carbonem castris exuit. Deĩde carbonē a cossura ĩsula in egyptũ fugere conantem in siciliam ad se tractũ. coplituresq; cũ eo socios eius occidit. C. Sertorius uir dolo atq; audacia potens. cũ mariana rum partium eēt. syllã fugiens ex africa dē lapsus in ispaniã belli copiosissimas gentes in arma excitauit. Aduẽsus quē missis duob; ducib; metello & domitio hisdēq; uictis. pōpeiũ etiã supauit. & in fugam uertit. Sertorius deinde cũ pōpeio ẽgressus decē milia militũ ei interfecit. ex alio cornu uincente pōpeio totidē ipse perdidit. Multa inter eos pterea prelia gesta sunt. Postremo ipse sertorius decimo demũ anno belli inchoati suoꝝ dolis interfectus. finē bello dedit. & romanis uictoriã sine glã pbuit.

Te cęsar. magnusq; miscere metellis. — uelint
Ad cinnas mariosq; uenis; sternere profecto
Ut catulo iacuit lepidus. nrãsq; secures
Passus sicanio tegitur qui carbo sepulchro.
Quiq; feros mouit sertorius exul hiberos.
Quamquam si qua fides his te quoq; iungere cęsar
Inuideo. nrãsq; manus quod roma furenti
Opposuit; parthorum. utinã post prelia sospes
Et scithicis uictor crassus remeasset ab oris.
Ut simili causa caderes qua spartacus hostis;
Te quoq; si superi titulis accedere nr̃is
Iusserunt. ualet en torquendo dextera pilo
Feruidus hęc iterum circa pręcordia sanguis
Incaluit. discent non esse ad bella fugaces
Qui pacem potuere pati. licet ille solutum
Defectumq; uocet. nec uos mea terreat aetas.
Dux sit in his castris senior. dũ miles in illis;
Quo potuit ciuem populus pducere liber.
Ascendi. supraq; nihil nisi regna reliqui;
Non priuata cupit romana quisquis in urbe
Pompeium transire parat; hinc consul uterq;
Hinc acies statura ducum ē. cęsar ne senatus
Uictor erit. uel non tam cęco trahis omia cursu
Teq; nihil fortuna pudet. multis ne rebellis
Gallia iam lustris. aetasq; impensa labori
Dant animos; rheni gelidis quos fundit ab undis
Oceanumq; uocans incerti stagna profundi.

D. lucullo & cassio ēsulib; gladiatores sexaginta capue a ludo gnei lentuli diffugierunt. Qui ētinuo ducib; cryxo & ynomao gallis. & spartaco trace. ingentia breui agmina collegerunt. Deĩde consules gelius & lentulus aduẽsus eos cũ exercitu missi sunt. quoꝝ gelius cryxũ acerrime pugnantē plio oppssit. & ynomaũ occidit. Lentul' a spartaco cũ tginta miliũ multitudo fuit. supat' aufugit. Post & rã collatis ãbo ēsules copiis accepta gui clade fugerunt. Dehinc gaiũ cassiũ pcsulē idē spartac' oppssum bello īterfecit. Itaq; exterrita ciuitate non minore ppe modũ metu. qm sub hannibale. senat' crassũ cũ legionib; ēsulũ nouoq; supplemto militũ misit. Is mox fugitiuoꝝ. VI. m. itfec. ñ gentos ũ cep. De gallis & germanis auxiliatorib; eĩ. XXX. mil hominũ cũ ipsis ducib; occidit. 24

2 Nam ibi primum acerba pugna fatigatus deinde adversa tempestate correptus plurimam classis partem [illegible] et non multum exercitum fero pene omnem disperdidit. 2 Egressus galliam iterum in britanniam [illegible]
A Metridatici belli tempore pyrate per omnia sparsi maria etiam non tantum intercipientes [illegible]
sed etiam insulas provinciasque vastantes impunitate sceleris et aviditate prede [illegible]
associantibus in immensum augebantur. Quos gneus pompeius post multam quidem vastationem quam terra
marique diu egerant mira celeritate compescuit.

Territa quesitis ostendit terga britannis
An uaneque tumuere mine. quod fama furoris
Expulit armatam patriis e sedibus urbem.
Heu demens. non te fugiunt. me cuncta sequuntur
Qui cum signa tuli toto fulgentia ponto.
Ante bis exactum quam cinthia conderet orbem.
Omne fretum metuens pelagi pirata reliquit
Angustamque domum terrarum sede poposcit;
Idem ego per scithici profugum divortia ponti
Indomitum regem romanaque fata morantem
Ad mortem sylla felicior ire coegi;
Pars mundi mihi nulla vacat. sed tota tenetur
Terra meis quocumque iacet sub sole tropheis;
Hinc me victorem gelidas ad phasidos undas
Arctos habet. calida medius mihi cognitus axis
Egypto atque umbras nusquam flectente siene;
Occasus mea iura timent. tethimque fugacem
Qui ferit esperius post omnia flumina betis.
Me domitus cognovit arabs. me marte feroces
Eniochi. notique erepto vellere colchi;
Capadoces mea signa timent et dedita sacris
Incerti iudea dei. mollisque sophene.
Armenios cilicasque feros. taurosque subegi;
Quid socero bellum preter civile reliqui.
Verba ducis nullo partes clamore sequuntur.
Nec matura petunt promisse classica pugne.
Sensit et ipse metum magnus placuitque referri

b Metridates rex ponti atque armenie post multas contumelias et iniurias et romanum imperium commissas crudeli precepto edicto ut per totam asiam quique invenirentur cives romani sub una die necarentur. Et factum est. Nec explicari ubi potest quanta multitudo romanorum cesa sit. Sylla cui post consulatum metridaticum bellum obvenerat archelaum metridatis ducem apud pireum atheniensium portum septemplici muro communitum diu obsedit. ipsam atheniensium urbem cepit. Postea cum archelao conflixit. ex [illegible] de exercitu archelai interfecta [illegible] milia narrantur. Copia clade metridates lectissima [illegible] milia cum archelao in subsidium misit ex asia. Secundo prelio L milia ex his interfecta sunt. Tercio prelio omnes copie quas archelaus habebat extincte sunt. Nam xx milia militum in [illegible] interfecta totidemque alia in flumen coacta atque necata sunt. Perterritus metridates cum sylla de pace pepigit. Pompeius per ea successor luculli in minore armenia cum metridate congressus vicit. Namque de exercitu regio xl milia cesa vel capta sunt. Rex fuga lapsus noctis beneficio evasit.

Artacem regem hyberie bello fudit totamque hyberiam in deditionem [illegible]
Betis nascitur in captis sparte [illegible] occeano occidentali [illegible] fluvius

Brundisium construxerunt greci. Brundisium autem dictum est grece. quod brunda caput cervi dicatur. Sic est enim ut cornua videantur et caput et lingua in positione ipsius civitatis. 2. Pompeius occisi metridatis nuncio accepto siriam cylen et fenicem bello aggressus tyreos primum arabesque perdomuit. Hinc ad iudeos et ad therosolimam urbem eorum transiens a patribus urbe receptus sed a plebe muro templi repulsus expugnationem eius intendit.

Signa. nec in tante discrimina mittere pugne
Iam victum fama non visi cesaris agmen;
Pulsus ut armentis primo certamine taurus
Silvarum secreta petit. vacuosque per agros
Exul in adversis explorat cornua truncis
Nec redit in pastus. nisi cum cervice recepta
Excussi placuere tori. mox reddita victor
Quos libet in saltus comitantibus agmina tauris
Invito pastore trahit. sic viribus impar
Tradidit hesperiam. profugusque per appula rura.
Brundisii tutas conscendit magnus in arces;
Urbs est dicteis olim possessa colonis.
Quos creta (insula) profugos vexere per equora puppes
Cecropie. victum mentitis thesea velis;
Hanc latus angustum iam se cogentis in artum
Hesperie. tenuem producit in equora linguam.
Adriacas flexis claudit que cornibus undas;
Nec tamen hoc artis inmissum faucibus equor
Portus erat. si non violentos insula choros
Exciperet saxis. laxasque refunderet undas;
Hinc illinc montes scopulose rupis aperto
Opposuit natura mari. flatusque removit
Ut tremulo starent contente fune carine;
Hinc late patet omne fretum. seu vela ferantur
In portus corcira tuos. seu leva petatur
Illiris. ionias vergens epidaurus in undas.
Huc fuga nautarum. cum totas hadria vires

sed vix tercio mense expugnavit. Quatuordecim milia ibi iudeorum cesa narrantur. Cetera multitudo in fidem venit. Pompeius muros civitatis eversos equari solo imperavit et cum aliquantos principes iudeorum securi percussisset hyrcanum sacerdotio restituit. Aristobolum regem iudeorum captivum romam duxit. Hoc bellum orientis cum viginti et duobus regibus se gessisse ipse pompeius in contione narravit.

C. Lucullus transgressus eufratem et tigrim apud tigranocertam urbem cum metridate et tigrane congressus XXX milia hostium occidit. Tigranes uix cum CL equitibus comitatus aufugit, diademate et thiara ne agnosceretur abiectis. Postea pompeius oranti tigrani ueniam dedit. D. Eodem tempore castor metridatis prefectus qui fanagorio preerat interfectis amicis regis arcem occupauit et IIII metridatis filios ad presidia romana transmisit. Metridates accensus ira in scelera exarsit. Nam complures tunc amicos suos et exipodrem filium suum interfecit, cum antea iam macharem filium suum parricidio trucidasset. Farnaces alius filius terrore exemplo fratrum territus exercitum ad persequendum se missum sibi conciliauit et mox aduersus patrem direxit. Metridates diu ex altissimo muro filium frustra precatus, ubi inexorabilem uidit, descendens ad uxores pelices ac filias suas uenenum omnibus dedit. Quod cum ipse nouissimus hausisset, nec tamen propter remedia quibus uitalia sua aduersus noxios sucos sepe obstruxerat ueneno confici posset, gallum quendam militem iam fracto muro discurrentem inuitauit eique iugulum prebuit.

Mouit et in nubes abiere ceraunia, cumque
Spumoso calaber perfunditur equore sason;
Ergo ubi nulla fides rebus post terga relictis,
Nec licet ad duros martem conuertere hiberos,
Cum medie iaceant inmensis tractibus alpes,
Tunc sobole e tanta natum cui firmior etas
Affatur; mundi iubeo temptare recessus. (anastrophe)
Eufraten nilumque moue, quo nominis usque
Nostri fama uenit, quas est uulgata per urbes
Post me roma ducem. Sparsos per rura colonos
Redde mari cilicas. Pharios hinc concute reges
Tigranemque meum, nec farnacis arma relinquas
Admoneo, nec tu populos utraque uagantes
Armenia, ponticique feras per litora gentes,
Ripheasque manus, et quas tenet equore denso
Pigra palus scithici paciens meotica plaustri,
Et quid plura moror? Totos mea nate per ortos
Bella feres, totoque urbes agitabis in orbe
Perdomitas. Omnes redeant in castra triumphi.
Et uos qui latio signatis nomine fastos
Primus in epirum boreas agat. Inde per arua
Graiorum macedumque nouas ad quirite uires
Dum pacis dat tempus hiemps. Sic fatur et omnes
Iussa gerunt, soluuntque cauas a litore puppes.
At numquam paciens segnis longeque quietis
Armorum, ne quid fatis mutare liceret,
Adsequitur generique premit uestigia cesar.

Sufficerent aliis tot primo menia cursu
Rapta, tot oppresse depulsis hostibus arces,
Ipsa caput mundi bellorum maxima merces
Roma capi facilis; sed cesar in omnia preceps
Nil actum credens cum quid superesset agendum,
Instat atrox, et adhuc quamuis possederit omnem
Italiam, extremo sedeat quod litore magnus
Communem tamen esse dolet. Nec rursus aperto
Vult hostes errare freto, sed molibus undas
Obstruit et latum deiectis rupibus equor.
Cedit in inmensum cassus labor, omnia pontus
Haurit saxa uorax montesque inmiscet harenis.
Vt maris egei medias si celsus in undas
Depellatur erix, nulle tamen equore rupes
Emineant, uel si conuulso uertice gaurus
Decidat in fundum penitus stagnantis auerni.
Ergo ubi nulla uado tenuit sua pondera moles,
Tunc placuit cesis innectere uincula siluis
Roboraque inmensis late religare catenis.
Talis fama canit tumidum super equora xerxem
Construxisse uias, multum cum pontibus ausus.
Europamque asie sestonque admouit abido,
Incessitque fretum rapidi super hellesponti,
Non eurum zephirumque timens cum uela ratesque
In medium deferret athon; sic ora profundi
Artantur casu nemorum, tunc aggere multo
Surgit opus longeque tremunt super equora turres.

Pompeius tellure noua compressa profundi
ora uidens. curis animum mordacibus angit.
Vt referret pelagus. spargatq; p̃ equora bellū;
Sepe nocho plenę tensisq; rudentibus actę
Ipsa maris p̃ claustra rates fastigia molis
Discussere salo. spaciumq; dedere carinis.
Totaq; p̃ tenebras ualidis balista lacertis.
Multifidas iaculata faces; ut tempora tandē
Furtiuę placuere fugę ne litora clamor
Nauticus exagitet. ne bucina diuidat horas
Heu tuba p̃ monitos deducat ad equora nautas.
Precepit socius; iam ceperat ultima uirgo
Phebum laturas ortu precedere chelas.
Cum taciti soluere rates. non anchora uoces
Mouit. dum spissis auellitur unchus arenis.
Cum iuga curuantur mali. dumq; ardua pinus
Erigitur. pauidi classis siluere magistri
Strictaq; pendentes deducunt carbasa nautę
Nec quatiunt ualidos. ne sibilet aura rudentes;
Dixe etiam uotis hoc te fortuna precatur.
Quam retinere uetas. liceat sibi p̃dere salutem
Italiam; dixe fata sinunt; nā murmure uasto
Impulsū rostris sonuit mare. fluctuat unda
Totq; carinarum p̃ mixtis equora sulcis;
Ergo hostes portis quas oīs soluerat urbis
Cum fato conuersa fides. murisq; receptis
Precipiti cursu flexi p̃ cornua portus

Ora petunt. pelagusq; dolent contingere classes;
poeta. Heu pudor exigua est fugiens uictoria magni;
Angustus puppes mittebat in equora lumes
Arctos. eboicas quę Calchida uerberat unda.
Hic hesere rates gemine. classiq; parate
Excepere manus. tractoq; in litora bello
Hic primum rubuit ciuili sanguine nereus;
Cętera classis abit. summus spoliata carinis.
Vt pegasea ratis peteret cum fasidos undas
Caneas tellus emisit in equora cautes
Rapta puppe minor subducta est montib? argo.
Vanaq; percussit pontum simplegas inanem.
Et statura redit; iam phebum urguere monebat
Non idem eoi color ętheris. albaq; nondum
Lux rubet. & flammas propiorib? eripit astris.
Et iam plias hebet. flexi iam plaustra booten
In faciem puri redeunt languentia cęli.
Maioresq; latent stellę. calidumq; refugit
Lucifer ipse diem. pelagus iam magne tenebas
Non ea fata ferens. quę cū sup̃ equora uector
Predonem sequere re maris. lassata triumphis
Destituit fortuna tuis. cum conuuge pulsus
Et natis. totosq; trahens in bella penates.
Vadis ad huc ingens populus comitantib? exul;
Queritur indigne sedes longinqua ruine.
Non quia te superi patrio priuare sepulchro
Maluerint. farię busto dampnantur harenę.

Parcitur hesperię. procul hoc & in orbe remoto
Abscondat fortuna nefas. romanaq; tellus
Inmaculata fui seruetur sanguine magni;

expt. lib. ii. Incipit tercius.

Ropulit ut classe uelis cedentib. auster
Incubens. mediumq; rates mouere profundo
Omnis in ionios spectabat nauita fluctus
Solus ab hesperia in flexit lumina terra
Magnus. dii patrios portus. dii litora quę
Aduersus reditura suos. rectumq; cacumen
Nubibus. & dubios cernit uanescere montes;
Inde soporifero cesserunt languida somno
Membra ducis; diri tii plena horroris imago
Visa caput mestum phantes iulia terras
Tollere. & accenso furialis stare sepulchro;
Sedibus elisis campoq; expulsa piorum
Adstigias unquit tenebras. manesq; nocentis
Post bellum ciuile trahor. uidi ipsa tenentis
Cumenidas quatterent. quas uris lampadas armis;
Preparat in numeras puppes acheruntis adusti
Portitor. in multas laxantur tartara penas.
Vix operi cunctę dextra properante sorores
Sufficiunt. lassant rumpentes stamina parcę;
Conuuge me lętos duxisti magne triumphos.
Fortuna est mutata thoris. sempq; potentes
Detrahere in cladem fato damnata maritos.
En nupsit tepido pelex cornelia busto.

hereat illa tuis per bella pequora signis.
Dum non securos liceat in rumpere somnos.
Et nulli uro uacuum sit tempus amori.
Sed teneat cęsarq; dies. & iulia nocteś;
Me non lethęę coniunx obliuia ripę
In memorem fecere tui. regesq; silentum
Per misere sequi. ueniam te bella gerente
In medias acieś; numquā tibi magne pumbras
Perq; meos manes. genero non esse licebit. ꝙ generū.
Abscidis frustra ferro tua pignera; bellum
Te faciet ciuile. me ū; sic fata. refugit
Vmbra pamplexus trepidi dilapsa mariti;
Ille dii quamuis cladē manesq; minentur
Maior in arma ruit. certa cū mente maloru;
Et quid aut uani terremur imagine iussi.
Aut nihil est sensus animis amorte relictū
Aut mors ipsa nihil; titan iā pronus in undas
Ibat. & ignifera tantū demerserat orbis
Quantum de esse solet lunę. seu plena futura ē.
Seu tam plena fuit; tunc optulit hospita tellus
Puppib. accessus faciles. legere rudentes
Et posito remis petierunt litora malo;
Cęsar ut emissas uenti rapuere carinas
Absconditq; fretum classes. & litore solus
Dux stetit hesperio. non illā gloria pulsi
Tetrificat magni. queritur. qđ tuta pequor.
Terga ferant hostes. neq; enī iā sufficit ulla

Precipiti fortuna uiro·nec uincere tanti
Vt bellum differret erat; tunc pectore curas
Expulit armorum·pacisq; intentus agebat
Quoq; modo uanos populi conciret amores·
Natus & urarum causas·et summa fauoris
Annona momenta trahi; nãq; asserit urbes
Sola fames·emiturq; metus·cum segne potentes
Vulgus alunt·nescit plebes ieiuna timere;
Curio sicanias transcendere iussus in urbes·
Qua mare tellurem subiens aut obruit undis·
Aut scidit·& medias fecit sibi litora terras·
Vis illic ingens pelagi·semperq; laborant
Aequora·nec rupti repetant confinia montes;
Bellaq; sardoas & iam sparguntur in oras·
Vtraq; frugifera est insula nobilis aruis·
Nec plus hesperiam longinquis messibus ullę
Nec romana magis compleuit horrea terre;
Vbere uix glebę superat·cessantibus austris
Cum mediũ nubes borea cogente sub axem
Effusis magnum libię intulit imbribus annum;
Hęc ubi sunt prouisa duci·tunc agmina ductor
Non armata trahens·sed pacis habentia uultũ
Tecta petit patrię; & ph si remeasset in urbem·
Gallorum tantũ populis·arctoq; sub acta·
Quam seriem rerũ longa premuisse pompa·
Quas potuit belli facies·ut uincula reno
Oceanoq; daret·celsos ut gallia currus

Nobilis·et flauus sequeretur mixta brittannus;
Perdidit·ó qualem uincendo plura triumphũ·
Non illum lętis uadentem cętibus urbes·
Sed tacitę uidere metu·nec constitit usquã
Obuia turba duci·gaudet tamen ęę timori
Tam magno populis·& se non mallet amari;
Iamq; & precipites superauerat anxuris arces
Et qua pontinas uia diuidit uda paludes·
Qua sublime nemus·scirbicę qua regna dianę·
Quaq; iter est lacus ad summã fascib; albam;
Excelsa de rupe procul iam conspicit urbem
Arcton toto non usam tempore belli·
Miratusq; suę sic fatur moenia romę;
Tene deum sedes non ullo marte coacti
Deseruere uiri; & proqua pugnabitur urbe·
O umelius quod non latias equus in oras
Nunc furor incubuit·nec uincto sarmata uelox
Pannonio·dacusq; getes admixtus habenti
Tam paudum tibi roma ducę fortuna pepercit·
Quod bellum ciuile fuit; sic fatur & urbem
Attonitam terrore subit·namq; ignibus atris
Creditur ut captę raptarus męnia romę
Sparsurusq; deos; fuit hęc mensura timoris
Velle putant qđ cumq; potest non omnia festa
Nec fictas lęto uoces simulare tumultu·
Vix odisse uacat; phebea palatia complet
Turba patrũ·nullo cogendi iure senatus

E latebris producta suis; non consule sacrę
Fulserunt sedes. nec proxima lege potestas
Prethor adest; uacueque loco cessere curules.
Omnia cęsar erat; priuatę curia uocis
Testis adest; sedere patres censere parati
Si regnum. si templa sibi. iugulumque senatus.
Exiliumque petat; melius quod plura iubere
Erubuit. quam roma pati; tamen exit in iram
Viribus an possint obsistere iura per unum
Libertas experta uirum. pugnaxque metellus
Vt uidet ingenti saturnia templa reuelli
Mole. rapit gressus. et cęsaris agmina rumpens.
Ante fores nondum reseratę constitit ędis;
Vsque adeo solus ferrum mortemque timere
Auri nescit amor. pereunt discrimine nullo
Amissę leges. sed pars uilissima rerum
Certamen mouistis opes. prohibensque rapina
Victorem clara testatur uoce tribunus;
Non nisi per nostrum uobis percussa patebunt
Templa latus. nullasque feres nisi sanguine nostro
Sparsas raptor opes. certe uiolata potestas
Inuenit ista deos. crassumque in bella secutę
Seua tribunicię uouerunt prelia dirę.
Detege iam ferrum. neque enim tibi turba uerenda est
Spectatrix scelerum. deserta stamus in urbe.
Non feret e nostro sceleratus premia miles.
Sunt quos prosternas populi. quę mœnia dones.

b. Cesar romam ueniens negatam sibi ex aerario pecuniam fractis foribus inuasit. protulitque auri pondo quattuor milia centum triginta et quinque. argenti pondo prope nongenta milia.

Pacis ad exhaustę spolium non cogit egestas
Bellum cęsar habes; his magnam ductor in iram
Vocibus accensus. uanam spem mortis honestę
Concipis. haut inquit iugulo se polluet isto
Nostra metelle manus. dignum te cęsaris ira
Nullus honor faciet. te uindice tuta relicta est
Libertas? non usque adeo permiscuit imis
Longus summa dies. ut non si uoce metelli
Seruentur leges. malint a cęsare tolli;
Dixerat et nondum foribus cedente tribuno.
Acrior ira subit. seuos circumspicit enses
Oblitus simulare togam. tum cotta metellum
Conpulit audaci nimium desistere cepto.
Libertas inquit populi quem regna coercent.
Libertate perit. cuius seruaueris umbram
Si quicquid iubeare uelis. tot rebus iniquis
Paruimus uicti. uenia est hęc sola pudoris.
Degenerisque metus. nil iam potuisse negari;
Ocius auertat diri mala semina belli.
Dampna mouent populos. si quos sua iura tuentur;
Non sibi sed domino grauis est quę seruit egestas;
Protinus abducto patuerunt templa metello;
Tunc rupes tarpeia sonat. magnoque reclusas
Testatur stridore fores; tunc conditus imo
Eruitur templo. multis non tactus ab annis
Romani census populi; quem punica bella
Quem perses dederat. quem uicti preda philippi;

Quod tibi roma fuga pyrrus trepidante reliquit.
Quo te fabricius regi non uendidit auro;
Quicquid parcorum mores seruastis auorum
Quod dites asię populi misere tributum.
Victoriq; dedit minoia creta metello;
Quod cato longinqua uexit sup ęquora cypro.
Tunc orientis opes. captorumq; ultima regū
Quę pompeianis prelata est gaza triumphis
Egeritur. tristi spoliantur templa rapina
Pauperiorq; fuit tum primū cesare roma;
Interea totum magni fortuna p orbem
Secum casuras in prelia mouerat urbes;
Proxima uicino. uires dat grecia bello
Phocaicas amphisa manus. scopulosaq; cirra.
Parnasusq; iugo misit desertus utroq;
Boetii coiere duces. quos impiger ambit
Fatidica cephisos aqua. cadmeaq; dirce
Piseęq; manus. populisq; p equora mittens
Sicanius alpheus aquas. tunc menala liquit
Arcas. & herculeam miles trachinius oetam
Thesproti. driopes ruunt. quercusq; silentes
Chaonio ueteres liquerunt uertice selloe.
Exhausit totas quamuis delectus athenas;
Exiguę phebea tenent naualia puppes;
Tresq; petunt uerā credi salamina carinę;
Iam dilecta ioui. centenis uenit in arma
Creta uetus populis. gnososq; agitare pharetras

a. hic fluuius oritur ex oraculo delfico i monte parnaso

Docta. nec eois peior gortina sagittis;
Tunc qui dardaniam tenet oricon. & uagus altis
Dispersus siluis athamas; & nomine prisco
Encheliae uersi testantes funera cadmi
Colchis. & adriacas spumans absirtos in undas.
Penei qui rura colunt. quorumq; labore
Thessalus hemoniam uomer pscindit hyolcam.
Inde lacessitum primo mare. cū rudis argo
Miscuit ignotas temerato litore gentes.
Primaq; cū uentis. pelagiq; furentibus undis
Composuit mortale genus. fatisq; p illam.
Accessit mors una ratem. tum linquitur emus
Thracius. & populū pholoe mentita biformē.
Deseritur strimon. tepido comittere nilo
Bistonias consuetus aues. & barbara cone
Sarmaticas ubi pdit aquas. sparsamq; pfundo
Multifidi peucen. unū caput alluit histri.
Moesiaq; et gelido tellus pfusa caico.
Idalis. & nimium glebis exilis aribe.
Quiq; colunt pitanen. & quę tua munera pallas
Lugent damnatę phebo uictore celenę.
Quaceler & rectis descendens marsia ripis.
Errantem meandron adit. mixtusq; refertur;
Passaq; ab auriferis tellus exire metallis
Pactolon. qua culta secat non uilior ermus;
Iliacę quoq; signa manus perituraq; castra
Omnibus petiere suis. nec fabula troię

y. Ciuitas in hemo monte.
k. Cadmus uersus ē in hac ciuitate in draconē cū hermione uxore sua. unde hec ciuitas nomen accepit. Enchelię enī grece dicunt DRACONES.
7 Oppidū europe in fine ponti qd alluit cap unū histri ex vii. capiti bꝰ qua ora hīt septē.
z. Ciuitas laodicię. ubi pinus plurime nascuntur.
Quia hic demeci fi[illegible] a grecis.
q cesar erat de sanguine troianorum.

Continuit. frigiique ferens se cesar iuli.
Accedunt syrię populi. desertus orontes.
Et felix sic fama ninos. uentosa damascus
Gazaque et arbusto palmarum diues idume.
Et tyros instabilis. preciosaque murice sidon.
Has ad bella rates non flexo limite ponti.
Certior haud ullis duxit cynosura carinis.
Phenices primi famę si creditur ausi
Mansuram rudibus uocem signare figuris.
Nondum flumineas memphis contexere biblos
Nouerat. et saxis tantum uolucresque feręque
Sculptaque seruabant magicas animalia linguas.
Deseritur taurique nemus. perseaque tarsos.
Coriciumque patens. exesis rupibus antrum.
Mallos et extremę sonant naualibus ęgę.
Itque cilix iusta iam non pirata carina.
Mouit et extremos bellorum fama recessus
Qua colitur ganges. toto qui solus in orbe
Ostia nascenti contraria soluere phebo
Audet. et aduersum fluctus impellit in eurum.
Hic ubi pelleus post tethios ęquora ductor
Constitit. et magno uinci se fassus ab orbe est.
Quaque ferens rapidum diuiso gurgite fontem
Vastis indus aquis mixtum non sentit hydaspen.
Quique bibunt tenera dulces ab arundine sucos.
Et qui tingentes croceo medicamine crinem
Fluxa coloratis adstringunt carbasa gemmis.

Quique suas struxere pyras. uiuique calentes
Conscendere rogos. pro quanta est gloria genti
Iniecisse manum fatis. uitaque repletos
Quod superest donasse deis. uenere feroces
Cappadoces. duri populus non cultor amani.
Armeniusque tenens uoluentem saxa nifatem.
Aethera tangentes siluas liquere cohatrę.
Ignotum uobis arabes uenistis in orbem.
Umbras mirati nemorum non ire sinistras.
Tunc furor extremos mouit romanus orestas.
Carmanosque duces. quorum iam flexus in austrum
Aether non totam mergi tamen aspicit arcton.
Lucet et exigua uelox ibi nocte bootes.
Aethiopumque solum. quod non premeretur ab ulla
Signiferi regione poli. nisi poplite lapso
Ultima curuati procederet ungula tauri.
Quaque caput rapido tollit cum tygride magnus
Eufrates. quos non diuersis fontibus edit
Persis. et incertum est tellus si misceat amnes.
Quod potius sit nomen aquis. sed sparsus in agros
Fertilis eufrates. farię uice fungitur undę.
At tygrim subito tellus absorbet hiatu.
Occultosque tegit cursus. rursusque renatum
Fonte nouo flumen pelagi non abnegat undis.
Inter cesareas acies. diuersaque signa.
Pugnaces dubii parthi tenuere fauorem.
Contenti fecisse duos. tinxere sagittas.

Amanus mons non colitur siue quia durus est siue quia hostibus semper occupatur.

Errantes scithie populi; quos gurgite bactros
Includit gelido. uastisque hyrcania siluis;
Hinc lacedemonii moto gens aspera freno
Enochi. seuisque affinis sarmata moschis.
Colchorum qua rura secat ditissima phasis;
Qua croeso fatalis halis. qua uertice lapsus
Riphaeo tanais. diuersi nomina mundi
Inposuit ripis. asieque et terminus idem
Europe. medie dirimens confinia terre.
Nunc huc. nunc illuc. qua flectit ampliat orbem;
Quaque fretum torrens meotidos egerit undas
Pontus. et herculeis aufertur gloria metis
Oceanumque negat solas admittere gades;
Hinc et sidonie gentes. auroque ligatas
Substringens arimaspe comas. hinc fortis arius
Longaque sarmatici soluens ieiunia belli
Massagetes quo fugit equo. uolucresque geloni
Non cum mennoniis deducens agmina regnis
Cyrus. et effusis numerato milite telis
Descendit perses. fraternique ultor amoris
Equora cum tantis percussit classibus; unum
Tot reges habuere ducem. coiere nec umquam
Tam uarie cultu gentes. tam dissona uulgi
Ora; tot inmense comites missura ruine
Exciuit populos. et dignas funere magni
Exequias fortuna dedit; non corniger amon
Mittere marmaricas cessauit in arma cateruas.

Cesar roma digressus ariminum ad legiones; mox alpes transuectus massiliam uenit. Ad quam oppugnandam cum receptus non esset. trebonium cum tribus legionibus relinquens ad hyspanias contendit. quas lucius affranius et marcus petreius et m. uarro pompeiani duces cum legionibus optinebant. ibi multis praeliis petreium affraniumque superatos composita pactione dimisit. Simul et duces eius hoc est curio catone sicilia expulit. ualerius cotta sardinia. tuberone africa uarus eiecit; Cesar massiliam rediens obsidione domitam uita tantum et libertate concessa ceteris rebus abrasit.

Quicquid ab occiduis libie patet arida mauris.
Usque paretonias eoa ad litora syrtes;
Acciperet felix ne non semel omnia cesar.
Vincendum pariter pharsalia prestitit orbem;
Ille ubi deseruit trepidantis moenia rome.
Agmine nubiferam rapto super euolat alpem;
Cumque alii fame populi terrore pauerent
Focais indubiis ausa est seruare iuuentus
Non graia leuitate fidem. signataque iura.
Et causas non fata sequi; tamen ante furorem
Indomitum duramque uiri deflectere mentem
Pacifero sermone parant. hostemque propinquum
Orant cecropie prelata fronde minerue;
Semper in externis populo communia uro
Massiliam bellis testatur fata tulisse
Conpressa est lacius quecumque annalibus etas;
Et nunc ignoto siquos petis orbe triumphos.
Accipe deuotas externa in prelia dextras;
At si funestas acies si dira paratis
Prelia discordes lacrimas ciuilibus armis
Secretumque damus. tractentur uulnera nulla
Sacra manu; si celicolis furor arma dedisset.
Aut si terrigene temptarent astra gigantes.
Non tamen auderet pietas humana uel armis
Vel uotis prodesse ioui. sortisque deorum
Ignarum mortale genus per fulmina tantum
Sciret adhuc celo solum regnare tonantem;

Adde quod in numerę concurrunt undiq; genteſ
Nec ſic horret in erſ ſceleru contagia mundus
Vt gladius egeant ciuilia bella coactis;
Sit mens iſta quidem cunctis ut ira recuſent
Fata nec hęc alius cõmutat prelia mulcs;
Cui non conſpecto languebit dextera parente
Telaq; duerſi probibebunt ſpargere fratreſ
Finis ad eſt rerum. ſi non committitis illis.
Arma quibus fas eſt; hęc nobis ſumma pcandi
Terribiles aquilas. infeſtaq; ſigna relinquat
Vrbe procul. nris q; uelis te cedere muris
Excludiq; finas admiſſo ceſare bellum;
Sit locus exceptus ſceleri. magnoq; tibiq;
Tutus. ut inuicte; factum ſi conſulat urbi
Fędera ſi placeant. ſit quo uenatis inermes;
Vel cum tanta nocent diſcrimina martis habere
Quid rapidum deflectis iter. non pondera rerũ
Nec momenta ſumus. numquã felicib; armis
Vſa manus. patrię primus ſedibus exul
Et poſt tranſlatas exuſtę ſocidos arceſ.
Moenibus exiguis alieno in littore tuti
Illuſtrat quos ſola fideſ; ſi claudere muros
Obſidione paras. & ui pfringere portas.
Excepiſſe faces tectis. & tela parari.
Vndarum raptos auerſis fontib; hauſtus
Quererere. & effoſſam ſicientes labere terrã;
Et defit ſi larga ceres. tunc horrida cerne

Fœdaq; contingi maculato corpora morſu;
Nec pauet hic populus prolubertate ſubire.
Obſeſſum pœno geſſit qđ marte ſaguntum.
Pectoribus puerꝝ rapti matrũ. fruſtraq; trahentes
Verba ficca famę. medios mittentur in ignes;
Vxor & a caro poſcet ſibi fata marito.
Vulnera miſcebunt fratres. bellũq; coacti
Hoc poculs ciuile gerent; ſic graia iuuentus
Finierat. cum turbato iam prodita uultu
Ira ducis tandem teſtata eſt uoce dolorem;
Vana mouet graios nri fiducia curſus.
Quam uis heſperiũ mundi pperemus adaxem.
Maſſiliam delere uacat; gaudete cohortes
Obuia prebentur factorum munera bella;
Ventus & amittit uires niſi robora denſę
Occurrunt ſiluę. ſpacio diffuſus inani.
Vtq; perit magnus nullis obſtantib; ignis.
Sic hoſtes mihi deeſſe nocet. dãpnũq; putam
Armorum. niſi qui uinci potuere rebellant;
Sed ſi ſolus eam dimiſſis degener armis
Tunc mihi tecta patent. iã non excludere tanciũ
Sed me. nduſiſſe uoluit; at enim contagia belli
Ora fugant. dabitis penas pace petita
Et nihil eſſe meo diſcetis cuncta ſuo.
Quam duce me bellũ; ſic poſtquã fas. adurbẽ
Haud trepidã conuertit iter. tũ moenia clauſa
Conſpicit. & denſa iuuenũ uallata corona;

Haud procul amuris tumulus surgentis in altū
Telluris paruum diffuso uertice campum
Explicat. hęc pacienș longo munimine cingi
Visa duci rupes. tutisq; aptissima castris;
Proxima pars urbis. celsam consurgit in arcē
Par tumulo. mediisq; sedent conuallib; arua;
Hunc resīn mensō placuit statura labore.
Aggere diuersos uasto committere colles;
Sed prius ut totam qua terra cingitur urbē
Clauderet. a summis pduxit ad ęquora castris
Longum cesar opus. fontesq; & pabula cāpi
Amplexus fossa. densas tollentia pinnas:
Cespitibus crudaq; exstruxit brachia terra;
Iam satis hoc graię memorandū contigit urbi
Aeternumq; decus. qd non impulsa nec ipso
Strata metu. tenuit flagrantis in omina belli.
Precipitē cursū; raptisq; accelare cunctis.
Uincitur una mora. quantū est qd fata tenent.
Quodq; uirū toti properans inponere mundo.
Hospitium fortuna dies. tunc omnia late
Procumbunt nemora. & spoliant robore siluę
Et cum terra leuis mediā urgultaq; molē
Suspendant structa laterū cōpage ligatā
Arcet humū. pressus ne cedat curribus agger;
Lucus erat longo nūquam uiolatus abęno.
Obscurum cingens conexis aera ramis.
Et gelidas alte summotis solibus umbras

Hunc non ruricolę panes. nemorūq; potentes
Siluani. numphęq; tenent. sed barbara ritu
Sacra dīm. structę duris altaribus arę.
Omnisq; humanus lustrata cruoribus arbor;
Siqua fidem meruit superos murata uetustas.
Illis & uolucres metuunt insistere ramis.
Et lustris recubare feris. nec uentus in illas
Incubuit siluas. excussaq; nubibus atris
Fulgura. non ullis frondē prebentibus auris
Arboribus. suus horror inest; tū plurima nigris
Fontibus unda cadit. simulacraq; mesta deorū
Arte carent. cęsisq; extant informia truncis;
Pse situs putriq; facit iam robore pallor
Pandos.m
Tronitos. non uulgatis sacrata figuris
Numina sic metuunt. tantum terroribus addit
Quos timeant non nosse deos; iā fama ferebat
Sepe causas motu terrę mugire cauernas.
Et procumbentes iterū consurgere taxos.
Et non ardentis fulgere incendia siluę.
Roboraq; amplexos circū flexisse dracones;
Non illū populi cultu propiore frequentant
Sed cessere dius; medio cū phebus in axe est.
Aut cęlum nox atra tenet. pauet ipse sacerdos
Accessus dīmq; timet deprendere luci;
Hanc iubet in misso siluā procumbere ferro.
Nam ucina operi belloq; intacta priore.
Inter nudatos stabat densissima montes;

Sed fortes tremuere manus. motique uerenda
Maiestate loci. si robora sacra ferirent.
Insua credebant reditura membra securi;
Implicitas magno cesar terrore cohortes
Vt uidit. primus raptam librare bipennē
Ausus. & aeriam ferro proscindere quercū.
Effatur. merso uiolata in robora ferro;
Iam nequis urīm dubitet subuertere siluā.
Credite me fecisse nefas; tum paruit omnis
Imperius nonsublato secura pauore
Turba. sed expensa superorum & cesaris ira.
Procumbunt omnes. nodosa impellitur ilex.
Iuxtaq; dodonis. & fluctibus aptior alnus.
Et non plebeios luctus testata cupressus.
Tunc primū posuere comas. & fronde carentes
Admisere diem. propulsaq; robore denso
Sustinuit se silua cadens. gemuere uidentes
Gallorum populi. muris sed clausa iuuentus.
Exultat; quis enī lesos impune putaret
Esse deos. seruat multos fortuna nocentes.
Et tantum miseris irasci numina possunt;
Vtq; sacris cesi nemoris. quesita per agros
Plaustra ferunt. curuoq; soli cessantis aratro.
Agricolę raptis annum fleuere iuuenci;
Dux tamen impatiens hesuri ad mēnia martis
Versus ad hispanas acies. extrema q; mundi.
Iussit bella geri; stellatis axibus agger

Erigitur. geminasq; equantes mēnia turres
Accipit; nullo fixerunt robore terram.
Sed per iter longum causa replere latenti;
Cum tantum nutaret onus. telluris in anes
Concussisse sinus querentē erumpere uentū
Credidit. & muros muratа est stare iuuentus;
Illinc tela cadunt excelsas urbis in arces.
Sed maior graio romana in corpora ferro
Vis inerat. nec enī solis excussa lacertis
Lancea. sed tenso balistę turbine rapta
Haud unum contenta latus transire quiescit.
Sed pandens pectora arma uiā. pectora ossa relicta
Morte fugit. sup est cęlo post uulnera cursus;
Atq saxum quotiens ingenti uerberis ictu
Excutitur. qualis rupes quā uertice montis
Abscidit impulsu uentorū aduncta uetustas
Strernit.
Frangit cuncta ruens. nec tantū corpora pīla
Examinat. totos cū sanguine dissipat artus;
Vt tamen hostiles densa testudine muros
Tecta subit. uertus. armisq; innexa priores
Arma ferunt. galeamq; extensus pregit umbo.
Quę prius ex longo nocuerunt missa recessu.
Iam posterga cadunt; nec grauis flectere iactū
Aut facilis labor est longinqua ad tela parati
Tormenti mutare modū. sed pondere solo
Contenti. nudis euoluunt saxa lacertis;
Dum fuit armorū feries. ut grandine tecta

Innocua percussa sonant. sic omnia tela
Respuit; at postquam uirtus incerta uirorum *(gloss: series)*
Perpetuam rupit defesso milite cratem.
Singula continuis cesserunt ictibus arma;
Tunc adoperta leui procedit uinea terra.
Sub cuius pluteis & tecta fronde latentes *(gloss: munitionibus & tectis)*
Moliri nunc ima parant euertere ferro
Moenia. nunc aries suspenso fortior ictu.
Incussus densi compage soluere muri
Temptat. & inpositis unum subducere saxis;
Sed sup & flamis. et magnę fragmine molis.
Et sudibus crebris & adusti roboris ictu
Percussę cedunt crates. frustraque labore
Exhausto. fessus repetit tentoria miles;
Summa fuit graiis starent ut moenia uoti.
Vltro acies inferre parant. armisque coruscas
Nocturni texere faces. audaxque iuuentus
Erupit. non hasta uiris. non letifer arcus.
Telum flamma fuit. rapiensque incendia uentus
Per romana tulit celeri munimina cursu;
Nec quamuis uiridi luctetur robore lentas
Ignis agit uires. teda sed raptus ab omni.
Consequitur nigri spaciosa uolumina fumi;
Nec solum siluas. sed saxa ingentia soluit.
Et crudę putri fluxerunt puluere cautes.
Procubuit. maiorque iacens apparuit agger;
Spes uictis telluris abit. placuitque pfundo

Fortunam temptare mari; non robore picto
Ornatas decuit fulgens tutela carinas.
Sed rudis & qualis pcumbit montibus arbos
Conseritur. stabilis naualibus area bellis;
Et iam turrigeram bruti comitata carinam
Venerat in fluctus rhodani cum gurgite classis
Stechados arua tenens; nec non & graia iuuentus
Omne suum fatis uoluit committere robur.
Grandeuosque senes mixtis armauit ephebis;
Accepit non sola uiros que stabat in undis *(gloss: massilienses)*
Classis. & emeritas repetunt naualibus alnos.
Vt matutinos spargens sup ęquora phebus
Fregit aquis radios & liber nubibus ęther
Et posito borea pacemque tenentibus austris
Seruatum bello iacuit mare. mouit ab omni
Quisque sua statione ratem. paribusque lacertis
Cesaris hinc puppes. hinc graio remige classis
Tollitur; inpulsę tonsis tremuere carinę.
Crebraque sublimes conuellunt uerbera puppes;
Cornua romanę classis ualideque triremes.
Quasque quater surgens extructi remigis ordo
Commouet & plures quę mergunt ęquore pinus
Multiplices cinxere rates; hoc robur aperto
Oppositum pelago. lunata fronte recedunt
Ordine contentę gemino creuisse liburnę;
Celsior at cunctis bruti pretoria puppis
Verberibus senis agitur. molemque pfundo

Marginal glosses:

Tutela nauiyos erat in rostris. ubi solebant antiqui ex ere formare quedam numina. in quorum tutela nauis erat.

Brutus enim cum multitudine sociorum per Rodanum fluuium rates deduxit in mare. est autem massilia in litore maris sita.

hec ciuitas in fronte est narbonensis prouincię. ubi rodanus in mare exit. Declinatur hic stecas. stecados.

Et quamuis utrique cum tanto impetu pperarent ad bellum. tamen romani caute classe sua ordinauerunt. maiores rates circumponendo. minores autem infra col locando.

Prora ut rostrum anterior pars est nauis. puppis uero ulterior; Et cum tantu impetu alii aliis occurrerunt & ita naues ad inuicem pcusse sunt. quod ubi fuerat puppis nauis pcutientis. illuc prora pcusse redit;

Inuehit & summus longe petit æquora remus;
Vt tantum medii fuerat maris utraq; classis
Quod semel excussis posset transcurrere contis
In numerę uasto miscentur in æthere uoces
Remorumq; sonus premitur clamore nec ullę
Audiri potuere tubę; tunc cerula uerrunt
Atq; intranstra cadunt & remis pectora pulsant;
Vt primū prorę crepuerunt obuia rostra.
In puppim rediere rates emissaq; tela
Aera texerunt uacuumq; cadentia pontū;
Et iam diductis extendunt cornua prorę
Diuersęq; rates laxata classe receptę;
Vt quoties æstus zephyrus eurusue repugnat
Huc abeunt fluctus illuc mare sic ubi puppes
Sulcato uarios duxerunt gurgite tractus
Quod tulit illa ratis remis hęc retulit æquor;
Sed grauis habiles pugnāq; capescere pinus
Et temptare fugam nec longo frangere gyro
Cursum nec tarde flectenti cedere clauo;
At romana ratis stabilem prebere carinā
Certior & terrę simulem bellantibus usum;
Tunc insignifera residenti puppe magistro
Brutus ait pateris ne acies errare profundo
Artibus & certas pelagi: iā confere bellū
Focaicis medias rostris oppone carinas;
Faruit obliquas & prebuit hostibus alnos;
Tunc quęcumq; ratis ceptauit robora bruti

Ictu uicta suo pcussa & capta cohesit;
Ast alias manicęq; ligant teretesq; catenę
Seq; tenent remis tecto stetit æquore bellū;
Iam non excussis torquentur tela lacertis
Nec longinqua cadunt iaculato uulnera ferro
Miscentur q; manus nauali plurima bello
Instis agit stat quisq; suę de robore puppis
Pronus in aduersos ictus multiq; pempti
In ratibus cecidere suis cruor altus in undis
Spumat & obducti concreto sanguine fluctus
Et quas in mussi traxerunt uncula ferri
Has prohibent iungi conferta cadauera puppes
Semianimes alii uastū subiere profundum
Hauserunt q; suo pmixtum sanguine pontū;
Hi luctantem animam lenta cū morte trahentes
Fractarum subita ratium periere ruina
Irrita tela suas pagunt in gurgite cędes
Et quod cumq; cadit frustrato pondere ferrū
Exceptum medius inuenit uulnus in undis;
Focaicis romana ratis uallata carinis
Robore diducto dextrū leuumq; tuetur
Æquo marte latus; cuius dū pugnat abalta
Puppe lagus grauiq; audax āplustre retentat
Terga simul pariter missis & pectora telis
Transigitur medio concurrit pectore ferrū
Et stetit incertus flueret q uulnere sanguis
Donec utrasq; simul largus cruor expulit hastas

d. Relvike.
t rostris.
d.
cō.

Duulsitq; animam·sparsitq; in uulnera letū;
Durigit huc puppem miseri quoq; dextra celoꝰ
Qua nullę melius pelago turbante carinę
Audiuere manū. nec lux est nocior ulli
Crastina·seu phebum uideat seu cornua lunę
Semp uenturus componere carbasa uentis;
Hic lacię rostro compagem ruperat alni·
Cela sed in medium uenere tremencia pectꝰ
Auertitq; ratem morientis dextra magistri;
Dum cupit insociam graiareus erūpere puppi·
Excipit in missum suspensa pilia ferrum·
Affixusq; rati telo retinente pependit;
Stant gemini fratres fęcundę gloria matris·
Quos eadem uarius genuerunt uiscera fatis·
Discreuit mors sęua uiros· unūq; relictum
Agnorunt miseri sublato errore parentes·
Aeternus causam lacrimis tenet ille dolorē·
Semp ę amissum fratre lugentibus offert;
Quorum alter mixtus obliquo pectine remis
Ausus romanę graia de puppe carinę
Innectere manū·sed eam grauis insup ictus
Amputat· illa tamen nisu quo prenderat hęsit·
Durigutq; tenens strictis in mortua neruis;
Creuit in aduersis uirtus·plus nobilis irę
Truncus habet· fortiq; instaurat pilia leua·
Raptur usq; suam ꝓcumbit in ęquora dextrā·
Hęc quoq; cū toto manus ē abscisa lacerto;

Iam clipeo telisq; carens·non conditur ima
Puppe·sed expositus fraternaq; pectore nudo
Arma tegens·crebra confixus cuspide ꝓstat·
Telaq; multorum lęto casura suorum
Emerita tam morte tenet; tunc uulnere multo
Effugiente animam lassos collegit in artus·
Membraq; contendit toto quicumq; manebat
Sanguine·et hostilem defectus robore nerus
Insiluit solo nociturus pondere puppim;
Strage uirum cumulata ratis multoq; cruore
Plena·ꝓ obliquum crebros latus accipit ictus;
Sed postquā ruptis pelagus compagib; hausit·
Adsummos repleta foros·descendit in undas·
Ingenium inuoluens contorto uertice pontū·
Aequora discedunt mersa diducta carina·
Inq; locum puppis cecidit mare·multaq; ponto
Prebuit ille dies uarię miracula fati;
Ferrea dum puppi rapidos manus infert uncos
Adfixit lucidam·mersus foret ille ꝓfundo
Sed prohibent socii·suspensaq; crura retentant·
Scinditur auulsus·nec sic ut uulnere sanguis
Emicuit lentus·ruptis cadit undiq; uenis·
Diuersusq; animę diuersa in mēbra meantis
Intercepti aquis; nullius uita peremptę
Est tanta dimissa uia·pars ultima truncꝰ
Tradidit in lętum uacuos uitalibus artus;
Extumidus qua pulmo iacet· qua uiscera feruent·

Heserunt ibi fata dꝫu · luctataq; multum
Hac cum parte uiri · uxoꝝia membra tulerunt
Dum numium pugnax unus turba carinę
Incumbit prono lateri uacuamq; reliquit
Qua caret hoste ratem · congesto pondere puppis
Versa caua texit pelagus · nautasq; carina
Brachia nec licuit uasto iactare profundo.
Sed clauso periere mari · tunc unica diri
Conspecta est lęti facies · cum forte natantē
Uersę rostrus uuuenem fixere carinę.
Discessit medium tam uastos pectus ad ictus.
Nec prohibere ualent obtritus ossibus artus.
Quo minus aera sonent; elisso uentre ꝓra
Iectat sanem · ꝑmixtus uiscere sanguis;
Post quā inbibent remi puppes acrostra reducē.
Erectum in pelagus ꝑfosso pectore corpus
Vulneribus transmisit aquas; pars maxima ꝛbę
Naufraga · iactatus morti obluctata lacertis
Puppis ad auxilium socię concurrit; at illi
Robora cum uertis pensarent artius ulnis.
Nutaretq; ratis populo peritura recepto
Impia turba sup̄ medios ferit ense lacertos;
Brachia linquentes graia pendentia puppi.
Manibus cecidere suis · non amplius undę
Sustinuere graues insūmo gurgite truncos;
Iamq; oīū fusis nudato milite telis.
Inuenit arma furor · remū contorsit inhostē

Alter · at hic totum ualidis ampluistre lacertis
Auulsasq; rotant expulso remige sedes.
Inpugnam fregere rates · sidentia pessum
Corpora cęsa tenent · spoliantq; cadauera ferro.
Multi inopes teli · iaculum letale reuulsum
Vulneribus traxere suis · & uiscera leua
Oppressere manu · ualidos dū prebeat ictus
Sanguis & hostilem cū torserit exeat hastā.
Nulla tamen plures hoc edidit ęquore cades
Quam pelago diuersa lues · nā pinguib⁹ ignis
Adfixus tedis · & tecto sulphure uuax
Spargitur; at faciles p̄bere alimenta carinę.
Nunc pice · nunc liquida rapuere incendia cęra.
Nec flāmas superant undę · sparsisq; ꝑ equor
Iam ratibus · fracmenta ferox sibi uendicat ignis;
Hic recipit fluctus · extinguat ut ęquore fauces.
Ne mergantur tabulis ardentibus herent;
Mille modos inter lęti · mors una timori est
Qua cepere mori; nec cessat naufraga uirtus.
Tela legunt derecta mari · ratib⁹q; ministrant
Incertasq; manus ictu languente ꝓundas
Exercent · nunc rara datur sicopia ferri.
Vruntur pelago · seuus complectitur hostem
Hostis · & inplicitus gaudent sub fidere mēbris.
Mergentesq; mori; pugna fuit unus in illa
Eximius focius animā seruare sub undis
Scrutariq; fretū si quid mersisset harenis.

Et nimus adfixos unci conuellere morsus
Adductum quociens non senserat anchora funē;
Hic ubi compressum penitus deduxerat hostē.
Victor. & incolumis. summas remeabat ad undas;
Sed se puacuos credit dum surgere fluctus.
Puppibus occurrit. tandemq; subequore mansit;
Hic sup hostiles iecerunt brachia remos
Et ratium tenuere fugā. non pdere lętū
Maxima cura fuit; multus sua uulnera puppi
Adfixit moriens. et rostris abstulit ictus;
Stantem sublimi tyrrenum culmine prorę
Lugdamus. excussę baleāris tortor habenę
Glande petens solido caua, fregit tempora plūbo;
Sedibus expulsi postquā cruor omia rupit
uenas. Uincula. procurrunt oculi. stat lumine rapto
Attonitus. mortisq; illas putat ee tenebras;
Ut postquā sensit mēbris constare uigorē.
Vos ait o socii sicut tormenta soletis.
Me quoq; mittendis rectum conponite telis;
Egere qd sup est animę tyrrene pomis
Bellorum casus. ingentem militis usum
Hoc habet ex magna defunctū parte cadauer
Vuentus ferriere loco; sic fatus in hostem
Ceca tela manu sed non tamen irrita mittit;
Excipit hęc uuenis generosi sanguinis argus.
Qua iā non medius descendit inlia uenter.
Aduuitq; suo procumbens pectore ferrū;

Stabat iam uictę diuersa parte carinę
Infelix argi genitor non ille uuentę
Tempore phocaicis ulli cessurus in armis;
Victum quo robur cecidit fessusq; senecta
Exemplum non miles erat qui funere uiso
Sepe cadens longe. senior p transtra carinę
Peruenit ad puppim spirantisq; inuenit artus.
Non lacrimę cecidere genis. non pectora tundit
Obstentis toto riguit sed corpore palmis.
Nox subit atq; oculos uastę obduxere tenebrę.
Et miserum cernens agnoscere desinit argū.
Ille caput labens & iam languentia colla
Viso patre leuat uox fauces nulla solutas
Prosequitur. tacito tantū petit oscula uultu
Innuitatq; patris claudenda adlumina dextrā;
Et torpore senex caruit uitaesq; cruentus
Coepit habere dolor. non pdam tempora dixit
Asęus pmissa duis. uugulumq; senilem
Confodiam. ueniam misero concede parenti
Arge qd amplexus extrema quod oscula fugi.
Nondum destituit calidus tua uulnera sanguis
Semianimusq; iacet. & adhuc potes ee superstes;
Sic fatus quā uis capulū p uiscera mersit
Polluerit gladi. tam alta sub equora tendit
Precipiti saltu lętum precedere nati
Festinantē animā morti non credidit uni;
Inclinant iam fata ducū nec iā amplius anceps.

Bellī casus erat graię pars maxima classis.
Mergitur: ast alię mutato remige puppes
Victores uexere suos. naualia pauę
Prę recipiti tenuere fuga; quis in urbe parentū
Fletus erat quantus matrū plurora planctus
Coniunx sępe sui confusis uultibus unda
Credidit ora uiri romanū amplexa cadauer
Accensisq; rogis. miseri de corpore trunco
Certauere patres; at brutus in ęquore uictor
Primus cesareus pelagi decus ---- addidit armis

Brut pugnabat in mari. sed cęsar in tra t alit. Brut multa cede pugnaū sed cesar nō;

Expl. lib. III. Incipit quartus.

Tpeul extremus trarū cęsar in oris.
Marte seuus agit. in multa cede nocentes
Maxima sę fati ducib. momenta daturus;
Iure pari rector castris afranius illis

Ac petreius erat. concordia duxit in ęquas
Imperium commune uices. tute laq; uallo
Peruigil alterno paret custodia signo;
His preter lacias acies. erat impiger astur
Vettonesq; leues. profugiq; agente uetusta
Gallorum celtę. miscentes nomen hiberis;
Colle tumet modico. leniq; excreuit in altum
Pingue solum tumulo. sup hunc fundata uetusta
Surgit ilerda manu; placidis plabitur undis
Hesperios inter; ficoris non ultimus amnes.
Saxeus ingenti quę pons amplectit arcu
Hybernas passim aquas; at proxima rupes.

Signa tenet magni. nec cęsar colle minori
Castra leuat. medius durimus tentoria gurges;
Explicat hinc tellus campos effusa patentis
Vroculo prendente modum cāposq; coercet
Cinga rapax. uertitus fluctus & litora cursu
Oceanu pepulisse suo. nā gurgite mixto
Qui prestat terris. aufert tibi nom liberus;
Prima dies belli cessauit marte cruento.
Spectandasq; ducū uires numerosaq; signa
Expositi. pigiuit sceleris. pudor arma furentū
Continuit. patrieq; & ruptis legib. unum sole.
Donauere diem. prono cum cęsar olympo
Innoctem. subita circūdedit agmina fossa.
Dum primę prestant acies. hostēq; fefellit.
Et prope conserturus obduxit castra manipulis;
Luce noua. collem subito conscendere cursu
Qui medius tutā castris dirimebat ilerdam
Imperat; huc hostem paritū terrorq; pudorq;
Impulit. & rapto tumulū por agmine cępit;
His uirtus ferrumq; locū pmittit; at illis
Ipse locus. miles rupes oneratus in altas
Vtitur. auersoq; acies in monte supina
Hęret. & interdum casura umbone sequentis
Frigitur. nulli telum uibrare uacabat
Dum labat. et fixo firmat uestigia pilo.
Dum scopulos stirpesq; tenent. atq; hoste relicto
Cedunt ense uiam; uidit lapsura ruina

Agmina dux· equitemq? iubet succedere bello
Munitumq? latus leuo producere gyro;
Sic pedes ex facili nullo q? urgente receptus
Irritus & uictor subducto marte pependit;
Actenus armorum discrimina· cętera bello
Fata dedit uarius incertus motibus aer·
Pigro bruma gelu siccisq? aquilonib? herens·
Aethere constricto pluuias in nube tenebat·
Vrebant montana nues· camposq? iacentes
Non dura turę consp ecto sole pruinę·
Atq? omnis propior mergenti sydere cęlo
Aruerat tellus· hiberno dura sereno;
Sed postquã uernus calidum titana recepit
Sidera respiciens dilapse portitor ęlles·
Atq? uterũ ęquatis aduste pondera libre
Temporibus nocuere dies· tum sole relicto
Cinthia quo prinũ cornu dubitanda refulsit
Excluſit boream· flãmasq? accepit ab euro;
Ille suo nubes quascũq? inuenit in axe·
Torsit in occiduũ nabatheis flatibus orbem·
Et quas sentit arabs· et quas gangetica tellus
Exalat nebulas· quicquid concrescere primus
Sol patitur· quicquid cęli fuscator eoi
Intulerat chorus· quicquid defenderat indos;
Incendere die nubes oriente remote·
Nec medio potuere graues incũbere mundo
Sed rũbos rapuere fuga· uacat umbris arctos

Et nothos· in solam calpen fluit umidus aer;
Hic ubi iam zephiri fines· et sũmus olympi
Cardo tenet· tectum uetite transcurrere· densos
Inuoluere globos· congestumq? aeris atri
Vix recipit spatium quod separat ętherę terrã;
Iamq? polo pressę· largos denset in umbres·
Pissatę q? fluunt· nec seruant fulmina flãmas·
Quam uis crebra micent· extinguit fulgura nũb?
Hinc inpfecto complectitur aera gyro
Areus· uix ulla uariatus luce colorem·
Oceanumq? bibit· raptosq? ad nubila fluctus
Pertulit· & cęlo diffusum reddidit ęquor;
Iamq? pyrenę quas numquã soluere titan
Ualuit fluxere nues· fractoq? madescunt
Saxa gelu· tunc quę solutis ęst ontibus exit
Non habet unda uias· tã largas alueus amnis
Aripis accepit aquas; iam naufraga campo
Cęsaris arma natant· impulsaq? gurgite multo
Castra labant· alto restagnant flumina uallo;
Non pecorũ raptus facilis· non pabula mersi
Vlla ferunt sulci; tectarum errore uiarum
Fallitur occultus sparsus populator in agris;
Iamq? comes semp magnorũ prima malorũ
Sęua fames aderat· nullo q? obsessus ab hoste·
Miles egebat· toto censu non prodigus emit·
Exiguam cererem· pro lucri pallida tabes
Nonde est prolato ieiunus uenditor auro;

Iam tumuli colleſq; latent · iã flumina cuncta
Condidit una paluſ · uaſtaq; uoragine merſit
Abſorpſit penituſ rupeſ · ac tecta ferarum
Detulit · atq; ipſas hauſit · ſubituſq; frementeſ
Vorticibuſ contorſit aquaſ · & repulit æſtuſ
Fortior oceani · nec phebum ſurgere ſenſit
Nox ſub tecta polo · rerum diſcrimina miſcet
Ve formiſ cæli faciem · uincit q; tenebrę ;
Sic mundi pars ima iacet · quã zona nualis
Perpetuę q; premunt hiemeſ · non ſidera cæli
Vlla uidet · ſterili non quicquã frigore gignit
Sed glacię mediоſ ſignorũ temperat igneſ ;
Sic ó ſume parens mundi · ſic ſorte ſecunda
Quorei rector atlaſ neptune tridentiſ
Ptu ppetuſ unpendaſ aera nimbiſ .
Tu remeare uetes quoſcumq; emiſeriſ æſtuſ ;
Non habeant amneſ decliue ad litora curſu
Sed pelagi referantur aquiſ · concuſſaq; tellus
Laxet iter fluuiiſ ; hoſ cã poſ rhenuſ inundet
Hoſ rhodanuſ · uaſtoſ obliquent flumina fonteſ
Ripheaſ huc ſolue nuueſ · huc ſtagna · lacuſq;
Et pigraſ ubicumq; iacent diſſolue paludeſ
Et miſeraſ belliſ cuulibuſ eripe terraſ ;
Sed paruo fortuna uiri contenta pauore
Plena redit · ſolitoq; magiſ fauere ſecundi
Et uenuam meruere diu ; iam clarior aer
Et par phebꝰ aquiſ · denſaſ inuellera nubeſ

Sparſerat · & noctes uentura luce rubebant .
Seruatoq; loco rerum · diſceſſit abaſtriſ
Vmor · & ima petit quicquid pendebat aquarũ ;
Tollere ſilua comaſ · ſtagnuſ emergere colleſ
Incipiunt · uiſoq; die durescere calleſ ;
Vtq; habuit ripaſ ſicoriſ · cãpoſq; reliquit .
Primũ cana ſalix madefacto uumine paruã
Texitur in puppim ceſoq; inducta iuuenco
Vector iſ pacienſ tumidũ ſup enatat amnẽ ;
Sic uenetuſ ſtagnante pado fuſoq; britannũ
Augat oceano · ſic cũ tenet omnia nuluſ
Conſeritur bibula membriſ cumba papiro ;
Hiſ ratibuſ traiecta manuſ · feſtinat utrumq;
Succiſum curuare nemꝰ fluuiiq; feroriſ
Incrementa timens non primuſ robora ripiſ
Inpoſuit · mediоſ pontẽ diſtendit in agroſ ;
Ne quid ſicoriſ repetiſ audeat undiſ
Spargitur inſulcoſ · et ſciſſo gurgite ruuſ
Dat pẽnaſ maioriſ aquę ; poſtquã omnia fatiſ
Cæſariſ ire uidet ceſſam petreiuſ iler dã
Deſerit · & noti diffuſus uiribuſ orbiſ
Indomitoſ querit populoſ · et ſemp in arma
Martiſ amore feroſ · & tendit inultuma mundi ;
Nudatoſ cæſar colliſ deſertaq; caſtra
Conſpiciens · capere arma iubet · nec querere pontẽ .
Sed uada ſed duriſ fluuiũ ſuperare lacertiſ ;
Paret · rapiuntq; ruens in plia miles

Quod fugiens timuisset iter· mox uda receptis
Membra fouent armis gelidosq; agurgite cursu
Restituunt artus donec decresceret umbra
In mediū surgente die· iamq; agmina sūma
Carpit ęques dubiq; fuge pugneq; tenentur;
Attollunt cāpo geminę uiga saxea rupes
Valle cauę media· tellus hinc ardua celsos
Continuat colles· tu te quos inter opaco
Infractu (circuitv) latuere uię quib⁹ hoste potito
Faucibus emitti terrarū undeua martem
Inq; feras gentes cęsar uidet· ite sine ullo
Ordine· (ārt) raptumq; fuga conuertite bellum
Et faciē pugnę uultusq; inferte minaces
Nec luceat pauidis ignaua occūbere morte. (fugiendo.)
Excipiant recto fugientes pectore ferrū;
Dixit et ad montes tendentē p̄uenit hostem;
Illic exiguo paulum distantia uallo
Castra locant; postquā spacio languentia nullo
Mutua conspicuos habuerunt lumina uultus
Et fr̄s· natosq; suos uidere patresq;
Deprensum est ciuile nefas; tenuere parūp
Ora metu· (ducū·) tantū nutu motoq; salutant
Ense suos; mox ut stimulis maioribus ardens
Rupit amor leges audet transcendere uallū
Miles in amplexus effusas tendere palmas;
Hospitis ille ciet nomen uocat ille ꝓpinquū
Admonet hunc studijs consors puerilib⁹ etas

Nec romanus erat qui non agnouerat hostē;
Arma rigant lacrimis· singultib⁹ oscula rūpunt
Et quamuis nullo maculatus sanguine miles
Quę potuit fecisse timet; quid pectora pulsas.ꝺ
Quid uesane times.ꝺ flet⁹ q̄d fundis in anes.ꝺ
Nec te sponte tua sceleri parere fateris.ꝺ
Vsq; adeone times· quē tu facis ipse timendū.ꝺ
Classica dent bellū· seuos tu neglege cantus·
Signa ferant· cessa· iamiā ciuilis erynis
Concidet· & cęsar generū priuatus amabit;
Nunc adest ęterno complectens oīa nexu
O rerum mixtiq; salus concordia mundi
Et sacer orbis amor· magnū nunc sclā nr̄a
Venturi discrimen habent· perire latebrę
Tot sceleru· populo uenia ē erepta nocenti·
Agnouere suos ꝑ numine fata sinistro
Exigua requie tantas augentia clades;
Pax erat & castris miles ꝑmixtus utrisq;
Quas recipit salpina palus: & subdita sippus
Montib? ausoniā qua torquens frugifer oram
Almatico borę calabroq? obnoxius austro

Apulus adriacas exit garganus in undas;
Ipse petit trepidam tutus sine milite romā
Iam doctam seruire togę populoq? pcanti
Solicet indulgens summū t tō dictator honorē. t re
Contigit & lętos fecit se consule fastos.
Namq? omīs uocem pquas iam tēpore tanto
Mentimur dominus? t hęc primū repperit ętas
Qua sibi neferri ius ullū cęsar abesset
Ausonias uoluit gladius miscere secures;
Addidit & fasces aquilis: et nomen imane
Imperii rapiens signauit tempora digna
Mesta nota: nāquo melius pharsalicus annus
Consule notus erit: d fingit sollępnia campus
Et non admissę durimit suffragia plebis:
Decantatq? tribus: et uana uersat murmura;
Nec cęlum seruare licet: tonat augure surdo.
Et letę urant aues: bubone sinistro
Inde perit primū quondā ueneranda potestas
Iuris inopsi; tantū careat ne nomine tēpus
Menstruus infastos distinguit scīā consul;
b. Haud meritū latio sollēpnia sacra subacto
a. Nec non iliacę numen qđ presidet albę
Vidit flammigera confectas nocte latinas;
Inde rapit cursus ęque piger apulus arua
Deseruit rastris & inerti tradidit herbę
Ocior et cęli flāmis et tygride fęta
Transcurrit curruq? tenens minoia tecta

Brundisii clausas ventis brumalibus undas
Invenit et pavidas hiberno sydere classes;
Turpe duci visum rapiendi tempora belli
In segnes exisse moras portuque teneri.
Dum pateat tutum vel non felicibus equor
Expertes animos pelagi sic robore complet;
Fortius hiberni flatus celumque fretumque
Cum cepere tenent quam quos incumbere certos
Perfida nubiferi vetat inconstantia veris;
Nec maris anfractus lustrandaque litora nobis
Sed recti fluctus soloque aquilone secandi
Hic utinam summi curvet charchesia mali
Incumbatque ferens et graia ad menia perflet
Ne pompeiani pheacum e litore toto
Languida iactantes comprendant carbasa remis;
Rumpite que retinent felices vincula proras
Iam dudum nubes et sevas perdimus undas;
Sydera prima poli phebo labente sub undas
Exierant et luna suas iam fecerat umbras
Cum pariter solvere rates totosque rudentes
Laxavere sinus et flexo nauta cornu
Obliquat levo pede carbasa summaque pandens
Suppara velorum perituras colligit auras
Ut primum levior propellere lintea ventus
Incipit exiguumque tumet mox reddita malo
In mediam cecidere ratem terraque relicta
Non ipsa sequitur puppes que vexerat aura;

Aequora lenta iacent alto torpore ligate
Pigrius inmotis hesere paludibus unde ·/· undas
Sic stat iners scithicas adstringens bosphorus
Cum glacie retinente fretum non impulit hister.
Inmensumque gelu tegitur mare comprimit unda
Deprendit quascumque rates non pervia velis
Aequora frangit eques fluctuque tacente (vel latente) sonantem
Orbita migrantis scindit meotida bessi;
Seva quies pelagi mestoque ignava profundo
Stagna iacentis aque; veluti deserta rigente
Aequora natura cessant pontusque vetustas
Oblitus servare vices non commeat estu
Non horrore tremit non solis imagine vibrat;
Casibus innumeris fixe patuere carine
Illic infeste classes et inertia tonsis
Aequora moture gravis hic languore profundi
Obsessis ventura fames; nova vota timori
Sunt inventa novo fluctus nimiasque precari
Ventorum vires dum se torpentibus unda
Excutiat stagnis et sit mare; nubila nusquam
Undarumque mine celo languente fretoque
Naufragii spes omnis abit; sed nocte fugata
Lesum nube diem iubar extulit imaque sensim
Concussit pelagi movitque ceraunia nautis;
Inde rapi cepere rates atque equora classem
Curva sequi que iam vento fluctuque secundo.
Lapsa palestinas uncis confixit harenas;

Prima duces iunctis uidit consistere castris
Tellus quã uolucer genesus quã mollior apsus
Circum eunt ripis. apso gestare carinas
Causa palus. leni quã fallens egerit unda.
At genesum nunc sole niues. nc̄ umbre solute
Precipitant. neuter longo se gurgite lassat.
Sed minimũ terrę uicino litore nouit;
Hoc fortuna loco tantę duo nomina famę
Composuit. miseriq; fuit spes irrita mundi
Posse duces parua cãpi statione direptos
Admotũ dãpnare nefas. nã cernere uultus
Et uoces audire datur. multosq; p annos
Dilectus tibi magne socer post pignora tanta
Sanguinis infausti sole͞ mortemq; nepotis
Te nisi niliaca ppius non uidit harena;
Cesaris attonitam miscenda ad p̄lia mentē
Ferre moras scelerũ partes iussere relictę;
Ductor erat cunctis audax antonius armis.
Iam tũ ciuili meditatus leucada bello;
Illum sepe mynis cesar p̄cibusq; morantē
Euocat; ó mundi tantorũ causa laborum
Quid superos & fata tene s. ad s̄t cetera cursu
Acta meo. summã rapti p prospera belli
Te poscit fortuna manũ. non rupta uadosis
Syrtib; incerto lybię nos diuidit ęstu.
Numqd inexperto tua credimus arma pfundo
Inq; nouos traheris casus. ad ignaue uenire

Te cesar non ire iubet. prior ipse p hostes
Percussi medias alieni iuris harenas.
Tu mea castra times. ad peuntia tẽpora fati
Conqueror. in uentos inpendo uota fretũq;
Ne retine dubium cupientis ire p ęquor
Si bene nota m̄ ē. ad cesaris arma iuuentus.
Naufragio uenisse solet; iã uoce doloris
Vtendum est. n̄ ex ęquo diuisimus orbem.
Epirũ cesarq; tenet totusq; senatus.
Ausoniam tu solus habes; his terq; quaterq;
Vocibus excitũ postquã cesare uidebat
Dũ se deesse deis ac non sibi numina credit.
Sponte pincautas audet tẽptare tenebras
Quod iussi timuere fretũ; temeraria pno
Expertus cessisse deo fluctusq; uerendos
Classibus exigua sperat superare carina;
Soluerat armorũ fessas nox languida curas.
Parua quies miseris in quorũ pectora somno
Dat uires fortuna minor; iã castra silebant
Tertia iã uigiles commouerat hora sc̄dos.
Cesar sollicito p uasta silentia gressu
Vix famulis audenda parat. cunctisq; relictis
Sola placet fortuna comes. tentoria postquã
Egressus uigilũ somno cedentia menbra
Transiliit. questus tacite qd fallere posset.
Litora curua legit. p̄misq; inuenit in undis
Rupib; exesis herentem fune carinam.

Rectorem dominūq; ratis secura tenebat
Haud pcul inde domus ñ ullo robore fulta
Sed sterili iunco cannaq; intexta palustri
Et latus inuersa nudū munita phaselo;
Hęc cesar bis terq; manu quassantia tecti
Lumina commouit; mollī consurgit amictu
Quę dabat alga toro. quis nā mea naufragꝰ inops
Tecta petit. aut quę nrę fortuna coegit
Auxiliū sperare casę. sic fatus abalto
Aggere iā tepidę sublato fune fauillę
Cinerillā tenuem cōmotos pauit in ignes
Securus belli predam ciuilibus armis
Scit non esse casas; ouitę tuta facultas
Paupertas angustiq; lares. munera nondū
Intellecta dm̄; quib⁹ hoc contingere tēplis
Aut potuit muris nullo trepidare tumultu
Cesarea pulsante manu. tū poste recluso
Duxit et expecta uotis maiora modestis
Spesq; tuas laxa iuuenis si iussa secutus
Me uebis hesperiam ñ ultra cuncta carine
Debebis manib⁹ ue inopē duxisse senectam
Necessa prebere dō tua fata uolenti
Angustos opibus subitis implere penates;
Sic fatur. quāquā plebeio tectus amictu
Indoctus priuata loqui; tum pauper amictas;
Multa quidem phibent nocturno cedere ponto
Nam sol ñ rutilas diduxit in equora nubes.

Concordesq; tulit radios nothon altera phebi
Altera pars borea diducta luce uocabat.
Orbe quoq; exhaustus medio languensq; recessit
Spectantes oculos infirmo lumine passus;
Lunaq; ñ gracili surrexit lucida cornu.
Aut orbis medii puros excesa recessus
Nec duxit recto tenuata cacumina cornu.
Ventorūq; nota rubuit; tum lurida pallens
Ora tulit uultu sub nubē tristis uturo;
Sed mihi nec mot̄ nemorū. nec litoris ictus
Nec placet incert̄ qui puocat equora delphin.
Aut siccū qd̄ mergus amat. qd̄q; ausa uolare ē
Ardea sublimis pennę confisa natanti.
Qd̄q; caput spargens undis. uelut occupet imbrē
Instabilis gressu metitur litora cornix;
Sed si magnarū poscunt discrimina rerū.
Haud dubitē pbere man̄. et litora tangam
Iussa. uel hoc potius pelagus flatq; negabit.
Hęc fatus soluensq; ratē dat carbasa uentis.
Atq; quoq; motus non solū lapsa p altum
Aera dispsos traxere cadentia sulcos
Sidera. sed sūmis etiā quę fixa tenent̄
Astra polis. sunt ursa quati; niger ifecit horror
Terga maris. longo p multa uolumina tractu
Estuat unda minax. flatq; incerta futuri
Turbida testantur concepto ęqra uentos;
Tunc rector trepidę fat̄ ratis aspice seuū

Quanta paret pelagus zephyros ītendat & austros
Incertū est puppim dubius ferit undiq; pontus
Nubib; & cęlo nothus ē si murmura ponti
Consulimus chori uenient mare gurgite tanto
Nec ratis hesperias tanget nec naufragus horas
Spectare uią & uectos conuertere cursus
Sola salus luceat uexata litora puppe
Prendere ne longe numū sit pxima tellus
Fluctus cuncta sibi cessura picula cęsar
Sperne minas unquit pelagi uentoq; furenti
Trade sinū italiam si cęlo auctore recusas
Me pete sola tibi causa ē hęc usta timoris
Vectorē nosse tuū quę numina numquā
Destituunt de quo male tū fortuna meretur
Cū post uota uenit; medias prumpe pcellas
Tutela secure mea cęli iste fretiq;
Non puppis nrę labor ē hanc cęsarе pssam
A fluctu defendet onus nec longa furori
Ventorū seuo dabitur mora; pderit undis
Ista ratis ne flecte manū fuge pxima uelis
Litora tunc calabro portu te crede potitū
Cum iā non poterit puppi nrę q; salutī
Altera terra dari q̄d tanta strage paretur
Ignoras querit pelagi cęliq; tumultu
Quod pstet fortuna mihi; nī plura locuto
Auulsit laceros pcussa puppe rudentes
Turbo rapax fragilēq; supuolitantia malū

Vela tulit sonuit uictus compagib; alnus
Inde ruunt toto congesta pericula mundo;
Primus ab oceano caput exeris athlanteo
Chore mouens ęstus iā te tollente furebat
Pontus & unscopulos totas erexerat undas;
Occurrit gelidus boreas pelagusq; retundit
Et dubiū pendet uento cui concidat ęquor
Sed scythici uicit rabies aquilonis & undas
Orsit & abstrusas penit; uada fecit harenas;
Nec pfert pontū boreas ad saxa suumq;
Influctus chori frangit mare motaq; poscit
Aequora subductis & iam concurrere uentis
Noneuri cessasse minas non umbrib; antrū
Colus iacuisse nothū sub carcere saxi
Credideri cunctos soluta de parte ruentis
Defendisse suas uolenta turbine terras;
Sic pelagus mansisse loco nī parua pcellis
Aequora rapta ferunt; gegeas transit undas
Tyrrenū sonat ionio uagus adria ponto;
Ah quotiens frustra pulsatos ęquore montes
Obruit illa dies quā celsa cacumina pessum
Tellus uicta dedit non ullo litore surgunt
Tam ualidi fluctus alioq; exorbe uoluti
Magno uenere mari mundūq; cohercens
Mortiferos agit unda sinus; sic rector olimpi
Cuspide fraterna lassatū insclā fulmen
Diuuit regnoq; accessit terra secto

Cum mare conuoluit gentes cū litora techys
Noluit ulla pati cęlo contenta teneri;
Tunc quoq; tanta mari moles creuisset ī astra (tris.)
Ni superū rector p̄ssisset nubibus undas;
Non cęli nox illa fuit latet obsitus aer
Infernę pallore domus nūbisq; grauatus
Deprimitur. fluctusq; in nubib; accipit imbrē;
Lux etiam metuenda perit nec fulgura currūt
Clara. sed obscurū nimbosus dissilit aer.
Tunc superū conuexa tremunt. arduus axis (atq;)
Insonuit. motaq; poli conpage laborant;
Extimuit natura chaos. rupisse uidentur
Concordes elementa moras. rursus q; redire
Nox manes mixtura deis; spes una salutis
Quod tanta mundi nondū periere ruina;
Quantū leuchadio placidus de uertice pont9
Despicitur. tantū nautę uidere trementes
Fluctib; a summis p̄ceps mare; cūq; tumentes
Rursus hiant undę. uix eminet ęquore malus.
Nubila tanguntur uelis. et terra carina;
Nam pelagus qua parte sedet n̄ celat harenas
Exhaustū incumulos. omisq; ī fluctib; unda ē.
Artis opē uicere metus. nescitq; magister
Quā frangat. cui cedat aquę. discordia ponti
Succurrit miseris. fluctusq; euertere puppī
Non ualet influct9. uictū latus unda repellens
Erigit. atq; omi surgit ratis ardua uento;

Non humilem sasona uadis. n̄ litora curuę
Thessalię saxosa pauent. oreq; malignus
Ambrachię port9. scopulosa ceraunia nautę
Summa tenent; Credit iā digna picula cęsar. (ł timent.)
Fatis esse suis; tant9 ne euertere dixit.
Me superis labor ē. parua quē puppe sedentē.
Tam magno petiere mari. si glā loeti.
Est pelago donata mei . bellisq; negamur.
Intrepidus quācumq; datis. m̄ numina mortē.
Accipiā; licet ingentes abruperit actus
Festinata dies fatis. sat magna peregi;
Arctoas domui gentes. inimica subegi
Arma metu; uidit magnū m̄ roma sedm̄.
Iussa plebe tuli fasces. p bella negatos.
Nulla meis aberit titulis romana potestas;
Nec sciet hoc quisquā. nisi tu quę sola meoꝝ (ł fortuna)
Conscia uotoꝝ es. qui quāuis plenus honoꝝ (ł me.)
Et dictator eā stigias et consul ad umbras
Priuatū fortuna mori; m̄ funere nullo.
Est opus o superi. lacerū retinete cadauer.
Fluctib; in mediis. desint m̄ busta rogusq;
Dū metuar semp. terraq; exspecter ab omi;
Hęc fatū decimus dictu mirabile fluctus
Inuadida cū puppe leuat. nec rursus ab alto
Aggere deiecit pelagi. sed ptulit unda
Scruposisq; angusta uacant ubi litora saxis.
Imposuit terrę. pariē tot regna tot urbes.

Fortunamq; sua tacta tellure recepit;
Sed non tam remeans cesar ia luce ppinqua
Quam tacita sua castra fuga comitesq; fefellit;
Circu fusa duci fleuit gemitusq; suoz
Et non ingratis ingessit turba querelis;
Quo te dure tulit furtus temeraria cesar
Aut que nos tulles animas infata relinquens
Inuisis spargenda dabas tua membra pcellis
Cum tot in hac anima populoz iuxta saluisq;
Pendeat & tantus caput hoc sibi fecerit orbis
Seuicia e uoluisse mori; nullus ne tuoz
Emeruit comitu fatis non posse superstes
Esse tuis cu rapperet mare corpora segnus
Ira sopor tenuit pudet heu causa petende
Hec fuit hesperie usum e committere que quis
Tam seuo crudele mari sors ultima rerum
Indubios casus et prona pericula mortis
Precipitare solet mundi ia summa tenente
Permisisse mari tantu quid numina lassas
Sufficit ad fatu belli fauor iste laborq;
Fortune quo te nris impegit hactenus;
Hinc usus placuere dm non rector ut orbis
Nec dis rerum sed felix naufragus esses
Talia iactantes discussa nocte serenus
Obrepsit cu sole dies fessumq; tumentes
Coposiuit pelagus uentis patentib; undas;
Nec non hesperii laniatu t lassatu fluctib; equor
Vt uidere duces purumq; insurgere celo
Fracturu pelagus borean soluere carinas
Quas uentus docteq; pari moderamine dextre
Permixtas habuere diu latumq; pequor
Vt terrestre coit consertis puppib; agmen;
Sed nox seua modu uentis ueliq; tenorem
Eripuit nautis excussitq; ordine puppes;
Tremona sic geliu bruma pellente relinquit
Potuere te nile grues primoq; uolatu
Effingunt uarias casu monstrante figuras;
Hoc ubi pcussit tensas nothus altior alas
Confusos temere inmixte glomerante morbes
Et turbata perit dispsis littera pennis;
Cum primu redeunte die uolentior aer
Puppib; incubuit phebeo concitus ortu
Pretereunt frustra tpptam litora lussi
Pumpheumq; tenent nudas aq; lonib; undas
Succedens boree ia portu fecerat auster;
Undiq; collatis in robur cesaris armis
Summa uidens duri magni discrimina martis
Iam castris instare suis se ponere tutum
Conuugu decreuit onus lesi boq; remota
Te pcul a seu strepitu cornelia bellu
Oculere; heu quantu mites dominat in equas
Iusta uenus; dubiu trepidiuq; ad plua magne
Te quoq; fecit amor; qd nolles stare subicta
Fortune quo mundus erat romanaq; fata

conuunx sola fuit; mentē iam uerba parata
estruunt blandeq; uuiat uentura trahentē
ndulgere morę. tēpus subduere facis;
octe sub extrema pulso corpore quetis
um fouet amplexu grauidū cornelia curis
ectus et aduersi petit oscula grata mariti
umentes murata genas ꝑculsaq; cęco
ulnere non audet flentē deprendere magnū
lle gemens non uita mihi nē dulcior inquit
um tedet uitę. lęto sed tempore conuunx
enit mesta dies. et quia numuumq; parumq;
stulimus. ia totus adest in prelia cęsar.
edendū est bellis quoq; tibi tuta latebra
es bos erit; desiste pces tēptare negatu
am mihi non longos ame patiere recessus.
recipites aderunt casus; ꝓperante ruina
umma cadunt fatis ē audisse picula magni;
eq; tuus decepit amor. cuulia bella
spectare potes nā me ia marte parato
ecuros cępisse pudet cū conuuge somnos.
que tuo quatiunt miserū cū classica mundo
urrexisse sinu; uereor cuulib; armis
ompeium nullo tristē cōmittere dāpno;
tior interea populis et tutior omi
ege late positamq; ꝓcul fortuna mariti
on tota te mole pmat, si numina nras
mpulerunt acies maneat pars optima magni

treq; m si fata pmunt uictorq; cruentus
uo fugisse ueli; uix tantū infirma dolorē
ꝑpit et attonito cesserunt pectore sensus;
andē uxe mestas potuit ꝓferre querelas;
il mihi de fatis thalami superisq; relictū ē
agne querent nros non rūpit funus amoris.
ec duri fax summa rogi. sed forte frequenti
lebe aq; numis careo dimissa mariti;
ostis ad aduentū rumpamus fędera tedę.
lacemus soceri ū; sic ē tibi cognita magne
rā fides credis ne aliquid m tuus esse
uā tibi non oli casu pendemus ab uno
ulmunb; me seue tubes tantęq; ruinę
bsentē prestare caput secura uidet.
orsitan tibi cū faciasq; iam nē uota perisse
t noli seruire malis. sed forte parata
esequar ad manes ferrat dū mesta remotas
ama ꝓcul terras uuā tibi nempe supstes.
dde qd assuescis fatis. tantūq; dolorem
rudelis me ferre doces; ignosce fatenti
osse pati timeo. qd si sunt uota deisq;
udior. euentus rerū scies ultima conuunx.
ollicitā rupes ia te uictore tenebunt.
t puppim quę fata feret tā leta timebo;
ec soluent audita metus m ꝓspera bella.
um uacuis ꝓtecta locis ácędere possim
el fugiente capi notescens litora clari

Nominis exilio positaque ibi coniuge magnu
Quis mitileneas poterit nescire latebras.
Hoc precor extremum si nil nisi victa relinquis
Tutius arma fuga cum te commiseris undis.
Quolibet infaustam potius deflecte carinam.
Litoribus querere meis. sic fata relictis
Exiluit stratis amens. tormentaque nulla
Vult differre mora; non mesti pectora magni
Sustinet amplexu dulci non colla tenere.
Extremusque perit tam longi fructus amoris.
Precipitantque suos luctus neuterque recedens
Sustinuit dixisse vale. vitamque per omnem
Nulla fuit tam mesta dies. nam cetera damna
Durata iam mente malis firmaque tulerunt.
Labitur infelix manibusque excepta suorum
Fertur ad equoreas ac se prosternit harenas
Litoraque ipsa tenet tandemque illata carine est.
Non sic infelix patriam portusque reliquit
Hesperios saevi premerent cum cesaris arma
Fida comes magni vadis duce sola relicto
Pompeiumque fugis; que nox tibi proxima venit
Insomnis viduo tum primum frigida lecto
Atque insueta quies uni nudumque marito
Non herente latus; somno quam sepe gravata
Deceptis vacuum manibus complexa cubile est
Atque oblita fuge quesivit nocte maritum.
Nam quamvis flamma tectas urente medullas

A. Cum cesar quoque dirachium uenisset. pompeium obsidione frustra cinxit. ipse tra quindecim milibus passuum fossa pstruens. cum illi maria paterent.

Non iuvat in toto corpus iactare cubili.
Servatur pars illa tori. caruisse timebat
Pompeio. sed non superi tam leta parabant.
Instabat misere magnum que redderet hora;

EXPLICIT LIBER V. INCIPIT VI.

Postquam castra duces pugne iam mente propinquis
Inposuere iugis admotaque comminus arma
Parque suum videre dei. capere omnia cesar
Moenia graiorum spernit marteque secundum
Iam nisi de genero fatis debere recusat.
Funestam mundo votis petit omnibus horam.
In casum que cuncta ferat; placet alea fati
Alterutrum mersura caput. ter collibus omnis
Explicuit turmas et signa minantia pugnam
Testatus numquam latie se deesse ruine;
Ut videt ad nullos exciri posse tumultus
In pugnam generum sed clauso fidere vallo.
Signa movet tectusque via dumosa per arva
Dirachii preceps rapiendas tendit ad arces;
Hoc iter equoreo precepit limite magnus.
Quemque vocat collem taulantius incola petram
Insedit castris ephireaque menia servat.
Defendens tutam vel solis turribus urbem.
Non hanc opus veterum nec moles structa tuetur
Humanusque labor facilis licet ardua tollat.
Cedere vel bellis ut cuncta moventibus annis.
Sed munimen habet nullo quassabile ferro.

Natura sedeq; loci, nã clausa profundo
Vndiq; pcipiti scopulisq; uomentib; equor
Exiguo debet quod non e insula collu;
Terribiles ratib; sustentant menia cautes
Ionuumq; furens rapido cũ tollitur austro
Templa domosq; quatit spumatq; i culmina
Huc audã belli rapuit spes ipba mitt
Cesaris ut uastis diffusũ collib; hostem
Cingeret ignarũ ducto pcul aggere uallu
Metat terras oculis nec cespite tantũ
Contentus fragili subitos attollere muros
Ingentes cautes auulsaq; saxa metallis
Grauorũq; domos direptaq; menia transfert;
Extruitur qd non aries impellere seuus
Quod n ulla queat uolenti machina belli;
Franguntur montes planũq; pardua cesar
Ducit opus pandit fossas turritaq; sumis
Disponit castella ugis magnoq; recessu
Amplexus fines saltus nemorosaq; tesqua
Et siluas uastaq; feras indagine claudit;
Non desunt capi n dest pabula magno
Castraq; cesareo circũdatus aggere mutat;
Fulmina tot cursus illic excorta fatigant
Illic mersa suos; operũq; ut sũma reussat
Defessus cesar medius intermanet agris;
Nunc uetus diacos attollat fabula muros
Ascribatq; deis; fragili circũdata testa

&Malea promunctorũ t insula· quę longos tract· i· circuitus facit ratibus· B· Hic & thessalicę clades· s· sunt· sctt illi qui in thessalia sũ occisi cũ põpeio & cęsare· Libicęq; i· illi quo caro ducit fugiens in locũ ubi siti defecerunt.

Menia murentur refugi babilonia parthi;
Inquantũ tigris quam tũ celer ambit orontes
Assirius quantũ populis telluris eoę
Suffecit in regnũ subitũ belliq; tumultu
Raptũ clausit opus; tanti potuere labores
Tot potuere manus aut ungere seston abydo
Ingestoq; solo frixeũ elidere pontum
Aut pelopis latis epiren abrũpere regnis
Et ratib; longe flexus donare maleę
Aut aliquid mundi quã uis natura negasset
In melius mutare locũ; Cont[illegible]area belli
Hic alit sanguis tras flu[illegible]xur in omis
Hic et thessalicę clades libi[illegible]eęq; tenentur
Aestuat angusta rabies exulis harena;
Prima quidẽ surgens operũ structura fesellit
Pompeiũ; ueluti medię qui turtus in aruis
Sicanię rapidũ nescit latrare pelorum
Aut uaga cũ tethys rutupinaq; litora feruent
Vnda caledonios fallit turbata bri tannos;
Vt primũ uasto septas uidet aggere terras
Ipse quoq; á tuta deducens agmina petra
Diuersis spargit tumulis ut cęsaris arma
Laxet & effuso claudentẽ milite tendat;
Et tantũ septi uallo sibi uendicat agri
Parua mycenęę quantũ sacrata diane
Vsurpat ab excelsa nemoralis aricia roma;
Quoq; modo romę plapsus menia tibris

7 illis digerere non ualentibus humor in uultus abiit reddens illos quasi igneos.
Quare autem non pugnabatur quia abstraxit

In mare descendit si nusquam torqueat amnem;
Classica nulla sonant iniussaque tela uagantur.
Et fit sepe nefas iaculum temptante lacerto;
Maior cura ducis miscendis abstrahit armis
Pompeium exhauste praebenda ad gramina terre;
Quae currens obtriuit eques gradibusque citatis
Ungula frondentem discussit cornea campum.
Belliger attonsis sonipes defessus in aruis
Aduectos cum plena ferant praesepia culmos
Ore nouas poscens moribundus labitur herbas
Et tremulo [illegible] medios abrupit poplite gyros;
Corpora dum [illegible] soluit tabes et degerit artus
Traxit iners [illegible] caelum fluuidae contagia pestis

cō Obscuram in nubem; tali spiramine nessus
Emittit stigium nebulosis aera saxis
Antraque letiferi rabiem tiphonis anhelant;
Inde labant populi caeloque paratior unda
Omne pati uirus durauit uiscera caeno;
Iam riget atra cutis distentaque lumina rumpit
Igneaque in uultus et sacro feruida morbo
Pestis abit fessumque caput se ferre recusat;
Iam magis atque magis praeceps agit omnia fatum.
Nec medii dirimunt morbi uitamque necemque
Sed languor cum morte uenit. turbaque cadentum
Aucta lues; dum mixta iacent incondita uiuis
Corpora; nam miseros ultro tentoria ciues
Spargere. funus erat; tamen hos minuere labores.

Quare autem non pugnabatur? Quia abstraxit cura Pompeium.

Haec cura quam duci abstrahebat Pompeium a pugna. sed Caesarem fames 7 non ista. ut lib.

A tergo pelagus pulsusque aquilonibus aer
Litoraque et plenae peregrina messe carinae;
At liber terrae spaciosis collibus hostis
Aere non pigro nec inertibus angitur undis
Sed patitur saeuam ueluti circumdatus arta
Obsidione famem; nondum turgentibus altam
In segetem culmis. cernit miserabile uulgus
In pecudum cecidisse cibos et carpere dumos
Et foliis spoliare nemus letumque minantes
Uellere ab ignotis dubias radicibus herbas.
Quae mollire queunt flamma quae frangere morsu
Quaeque per abrasas utero dimittere fauces.
Plurimaque humanis ante hoc incognita mensis
Diripiens miles saturum tamen obsidet hostem;
Ut primum libuit ruptis euadere claustris
Pompeio cunctasque sibi permittere terras
Non obscura petit latebrosae tempora noctis
Et raptum furto soceri cessantibus armis
Dedignatur iter. latis exire ruinis
Quaerit et impulsu turres confringere ualli.
Perque omnes gladios et qua uia caede paranda est;
Opportuna tamen ualli pars uisa propinqui
Qua minici castella uocant et confraga densis
Arboribus dumeta tegunt. hic puluere nullo
Proditus agmen agit. subitusque in moenia uenit.
Tot simul e campis latiae fulsere uolucres.
Tot cecinere tubae; ne quid uictoria ferro

Videri posset quod ei deberet ius totius mundi nisi quidam cesariensis miles eripuisset locum quem ex parte ceperant. Et promotus i. porro motus ab eo statu in quo tunc erat in tantum quod diu gerit latiam uitem i. coronam de uite factam quam gerebat pro insignibus quia latia cohors sibi commissa fuerat; [interlinear: compositam]

Deberet pauor attonitos confecerat hostes;
Quod solum ualuit uirtus iacuere perempti
Debuerant quo stare loco uel uulnera ferrent
Iam deerant et nimbus agens tot tela peribat [interlinear: quia non erant qui]
Tum piceos uoluunt in misse lampadis ignes [interlinear: facis]
Tum quasse nutant turres lapsuque minantur;
Roboris inpacti crebros gemit agger adictus [interlinear: ariete; muri]
Iam pompeiane celsi super ardua ualli
Exierant aquile iam mundi iura patebant; [interlinear: sent.; et]
Quem non mille simul turmis nec cesare toto
Auferret fortuna locum uictoribus unus
Eripuit uetuitque capi seque arma tenente
Ac non dum strato magnum uicisse negauit;
Sceua uiro nomen castrorum inplebe merebat
Ante feras rodani gentes ibi sanguine multo [interlinear: an; gallicum bellum]
Promotus latiam longo gerit ordine uitem
Pronus ad omne nefas et qui nesciret in armis
Quam magnum uirtus crimen ciuilibus esset;
Hic ubi querentes socios iam marte relicto
Tuta fuge cernit quo uos pauor inquit abegit
Inpius et cunctis ignotus cesaris armis
Terga datis morti cumulo uos deesse uirorum [interlinear: fortium]
Non pudet et bustis interque cadauera queri
Non ira saltem iuuenes pietate remota
Stabitis et cunctis per quos erumperet hostis
Nos sumus electi non paruo sanguine magni
Ista dies erit; petere felicior umbras

[margin: famuli turpes. seruum pecus. absque cruore.]

Cesaris in uultu teste hunc fortuna negauit [interlinear: mi; saltem]
Pompeio laudante cadam; confringite tela
Pectoris incursu iugulisque retundite ferrum
Iam longinqua petit puluis sonitusque ruine
Securasque fragor concussit cesaris aures;
Vincimus o socii ueniet qui uindicet arces [interlinear: quia ecce; te]
Dum morimur; mouit tantum uox illa furorem
Quantum non primo succendunt classica cantu; [interlinear: l; s. hostes]
Mirantesque uirum atque audi spectare sequuntur
Scituri iuuenes numero deprensa locoque [interlinear: tam paruo; tam adduo]
An plus quam mortem uirtus daret; ille ruenti
Aggere consistit primumque cadauera plenis
Turribus euoluit subeuntesque obruit hostes
Corporibus totoque uiro dant tela ruine
Roboraque et moles hosti seque ipse minatur;
Nunc sude nunc duro contraria pectora conto
Detrudit muris et ualli summa tenentes
Amputat ense manus caput obterit ossaque saxo
Ac male defensum fragili compage cerebrum [interlinear: galea]
Dissipat; alterius flamma crinesque genasque
Succendit strident oculis ardentibus ignes;
Vt primum cumulo crescente cadauera murum
Admouere solo non segnior extulit illum [interlinear: equauere]
Saltus et in medias iecit super arma cateruas
Quam per summa rapit celerem uenabula pardum;
Tunc densos inter cuneos compressus et omni
Vallatus bello uincit quem respicit hostem

7 Phalarica á pharis dr̃ i á turribus eoq̃ p illud torn̄tū ex illis pugnetur

Iamq; hebes & crasso ñ asper sanguine mucro
Percussū sceuę frangit non uulnerat hostē
Perdidit ensis opus frangit sine uulnere mēbra
Illū tota petit moles illum omnia tela
Nulla fuit non certa man̄ non lancea felix
Farq; nouum fortuna uidet concurrere bellū
Atq; utrū; fortis crebris sonat ictib̄ umbo
Et galeę fragmenta cauę cōpressa p̄urunt
Tempora nec quicquā nudis utalib̄ obstat
Iam preter stantes insūmis ossib̄ hastas;
Quid nunc uesan i iaculis leuib̄q; sagittis
Perditus hesuros nusquā utalibus ictus
Hunc aut tortilib̄ ubrata falarica neruis
Obruat aut uasti muralia pondera saxi
Hunc aries ferro balistaq; limine portę
Promoueat stat ñ fragilis p̄ cęsare murus
Pompeiumq; tenet; iā pectora, ñ .. tegit armis
Acuerit credi clipeo leuaq; uab̄ esset casse
Aut culpa uixisse sua tot uulnera belli
Solus ob it densamq; ferens in pectore siluā
Iam gradib̄ fessis unquē cadat eligit hostē;
Sic libycus densis elephas oppressus abarmis
Omne re pcussum squalenti missile tergo
Frangit & herentis mota cute discutit hastas;
Viscera tuta latent penit̄ cytraq; cruorē
Confixę stant tela ferę; tot facta sagittis
Tot iaculis unā ñ explent uulnera mortē
Harpelagi monstris; libicę sic belua terrę. Getulus densis

Dicca pcul ecce manu cortinus sagitta
Tenditur in sceuam quę uoto certior omi
In caput atq; oculi leuū descendit in orbē;
Ille moras ferri neruorū et uncula rūpit
Adfixam uellens oculo pendente sagittā
Intrepidus telūq; suo cū lumine calcat;
Pannonis haud aliter post ictū sęuior ursa
Cum iaculū parua lybis amentauit habena
Se rotat in uulnus telūq; ira receptum
Impetit & secū fugientē circuit hastam;
Perdiderat uultū rabies stetit umbre cruento
Informis facies; lętās fragor hostiū echera pulsat
Victorū maiora uiris e sanguine paruo
Gaudia ñ faceret conspectū inceſare uulnus;
Ille tegens alta suppressū mente furorē
Mitis et á uultu penitus uirtute remota.
Parcite aut o cues pcul hinc aūtite ferrū
Conlatura meę nil sē iā uulnera morti.
Non egeret ingestis sed uulsis pectore telis.
Tollite & in magni uuentē ponite castris.
Hoc uro prestate duci sit sceua relicti
Cęsaris exemplū pocius quā mortis honestę;
Credidit infelix simulatis uocib̄ aulus
Nec uidit recto gladiū mucrone tenentē
Embraq; captiui parit laturus & arma
Fulmineū medius excepit faucib̄ ensem
Incaluit uirtus atq; una cęde refectus

Soluat ait penas sceua quicumque subactum
Sperauit pace gladio si querit ab isto
Magnus adorato summittat cesare signa;
An similem uestri segnemque ad fata putatis?
Pompeio uobis minor est causeque senatus
Quam mihi mortis amor; simul hec effatur et alto
Cesareas puluis testatur adesse cohortes;
Dedecus hic belli magno crimenque remisit
Ne solum tote fugerent te sceua caterue;
Subducto qui marte ruis non sanguine fuso
Vires pugna dabat. labentem turba suorum
Excipit atque humeris defessum inponere gaudet
Ac ueluti inclusum perfosso in pectore numen
Et uiuam magne speciem uirtutis adorant
Telaque confixis certant euellere membris
Exornantque deos ac nudum pectore martem
Armis sceua tuis; felix hoc nomine fame
Si tibi durus hiber aut si tibi terga dedisset
Cantaber exiguis aut longis teutonus armis;
Non tu bellorum spoliis ornare tonantis
Infelix quanta dominum uirtute parasti;
Templa potes. non tu letis ululare triumphis
Nec magis hac magnus castrorum parte repulsus
Intra castra piger dilato marte quieuit
Quam mare lassatur cum se tollentibus euris
Frangentem fluctus scopulum ferit aut latus alti
Montis adest seramque sibi parat unda ruinam;

co.

B. Pompeius castellum quoddam propinquum mari quod marcellinus tuebatur euertit presidium atque cesaris quod ibidem morabantur occidit. Cesar torquatum legionemque unam ut expugnaret aggressus est. Hoc periculo sociorum pompeius cognito omnes eo copias contraxit. in quem statim cesar omissa obsidione conuertit. Torquatus autem e uestigio prorumpens auersum insecutus est. Ita cesaris milites ancipiti periculo ipso cesare frustra obsistente fugerunt. Pompeius uero cesaris quoque testimonio uictor persequentem reuocauit exercitum. Quattuor milia militum cesaris et centuriones uiginti et duo equites romani complures in eo prelio cesi sunt.

Hinc uicina petens placido castella profundo
Incursu gemini martis rapit armaque late
Spargit et effuso laxat tentoria campo
Mutandeque iuuat permissa licentia terre;
Sic pleno padus ore tumens super aggere tutas
Excurrit ripas et totos concutit agros;
Succubuit si qua tellus cumulumque furentem
Undarum non passa ruit. tunc flumine toto
Transit et ignotos aperit sibi gurgite campos;
Illos terra fugit dominos. his rura colonis
Accedunt donante pado; uix prelia cesar
Senserat elatus specula que prodidit ignis
Inuenit inpulsos presso iam puluere muros
Frigidaque et ueteris deprendit signa ruine;
Accendit pax ipsa loci mouitque furorem
Pompeiana quies et uicto cesare somnus
Ire uel in clades properat dum gaudia turbet;
Torquato ruit inde minax. qui cesaris arma
Segnius haud uidit quam malo nauta tremente
Omnia subducit circee uela procelle.
Agminaque interius muro breuiore recepit.
Densius ut parua disponeret arma corona;
Transierat primi cesar munimina ualli.
Cum super e totis inmisit collibus arma
Effuditque acies obsessum magnus in hoste;
Non sic ethneis habitans in uallibus horret
Enceladum spirante notho cum tota ca[uer]nas

co.

co.

M. Spissitudine pulueris illis timorem inferentis. Timebant et tamen ceci erant quia rem ignorabant. L. Cesar de durachio citato agmine per epyrum in thessaliam pompeius cum maximis copiis secutus. bellumque commissum est.

Frigit et torrens in campos defluit ethna
Cesaris ut miles glomerato puluere uictus
Ante aciem ceci trepidus sub nube timoris
Hostibus occurrit fugiens inque ipsa pauendo
Fata ruit; totus mitti ciuilibus armis
Usque uel in pacem potuit cruor; ipse furentis
Dux tenuit gladios; felix ac libera legum
Roma fores iurisque tui uicisset in illo
Si tibi sylla loco; dolet heu semperque dolebit
Quod scelerum cesar prodest tibi summa tuorum
Cum genero pugnasse pio. proh tristia fata
Non utice lybieque clades hispania munde
Flesset et infando pollutus sanguine nilus
Nobilius fario gestasset rege cadauer
Nec iuba marmaricas nudus pressisset harenas
Penorumque umbras placasset sanguine fuso
Scipio nec sancto caruisset uita catone;
Ultimus esse dies potuit tibi roma laborum;
Exire e mediis potuit pharsalia fatis;
Deserit aduerso possessam numine sedem
Cesar et emathias lacero petit agmine terras
Arma secuturum soceri quacumque fugasset
Temptauere sui comites deuertere magnum
Hortati patrias sedes atque hoste carentem
Ausoniam peteret; numquam me cesaris inquit
Exemplo reddam patrie numquamque uidebit
Me non dimisso redeuntem milite roma.

A. Quem locum describam tibi si tu ignoras eum. Dignum est enim ut cognoscas. B. Quia ossea est in illa parte ubi oritur sol in hieme. C. Quia peleon in illa parte est in qua sol oritur in altiori estate. D. Quia othre mons est oppositus meridiano soli. tunc dico quando sol est in leone. E. Quia pindus mons ille est in illa parte que respicit ad occidentem.

Hesperiam potui motu surgente tenere
Si uellem patriis aciem committere templis
Ac medio pugnare foro; dum bella relegem
Extremum scythici transcendam frigoris orbem
Ardentesque plagas; uictor tibi quietem roma
Eripiam. qui ne premerent te prelia fugi.
Ah potius nequid bello patiaris in isto
Te cesar putat esse suam; sic fatus in ortus
Phebeos conuertit iter. terreque secutus
Deuia qua uastos aperit candauia saltus
Contigit emathiam bello quam fata parabant
Thessaliam qua parte diem brumalibus horis
Attollit tytan rupes ossea coercet;
Cum per summa poli phebum trahit altior estas
Pelion opponit radiis nascentibus umbras;
At medios ignes celi rapidique leonis
Solsticiale caput numerosus summouet otrys;
Excipit aduersos zephiros et iapiga pindus
Et maturato precidit uespere lucem;
Nec metuens imi borean habitator olimpi
Lucentem totis ignorat noctibus arcton;
Hos inter montes media qui ualle premuntur
Perpetuis quondam latuere paludibus agri
Flumina dum campi retinent nec peruia tempe
Dant aditus pelagi stagnumque implentibus unum
Crescere cursus erat; postquam discessit olimpo
Herculea grauis ossa manu subiteque ruinam

F. Quia quasi prope montem manebant. citius quam remoti lumen diei amittebant.

G. Olimpus ita oppositus est boree. quod ex altera parte sui prope manentibus nocere non potest ipse boreas. neque ipsi arcton pre altitudine montis uidere possunt. cum in totis noctibus luceat apud nos.

H. Nā melius ueteres illic remanere paludes essā quā fieri rome mundiq: ruinam. I. Qui contra musas cantando certauit. unde muse irate eū cecauerunt. K. Quia hercules dederat sagittas cuidā p p̄tio. dicens illū locū inuincibile fore ubicūq: essent. ut n̄ panderet q̄lit ipse mortuus essā. L. Et eminet loc. ubi quondā fuit nobile argos. sup q̄m nē arant homines

q. deiecta est

M. Sc̄dm morē qui ossa p morte cōburebant. questa p̄quā redit ad se. qd n̄ haberet totū corp ei.

N. Tangit fabulā de apolline. quia pauit armēta admeti regis.

S ensit aque nereus. melius mansura sub undis
E mathis equorei regnū pharsalos achillis
E minet; & prima rhoeteia litora pinu
Q ue tetigit philace. theleosq; & dorion ira
F lebile pieridū; trachin; precioq; nefande
L ampados herculei fortis meliboea pharetris;
A tq; olim larissa potens. ubi nobile quondā
N unc sup argos arant; ueteres ubi fabula thebas
M onstrat echionias; ubi quondā pentheos exul
C olla caputq; ferens supp̄mo tradidit igni
Q uesta qd hoc solū nato rapuisset agaue;
E rgo abrupta palus. multos discessit in amnes
P urus in occasus parui sed gurgite aeas
I onio fluit inde mari nec fortior undis
L abitur auecte pater isidis; et tuus eneu
P ene gener crassis oblimat echinadas undis;
E t meleagream maculatus sanguine nessi
E uenus calidona secat. ferit amne citato
M alliacas sperchios aquas; et flumine puro
I nrigat amphrysos famulantis pascua phebi
Q uiq; nec humentes nebulas nec rore madentem
A era nec tenues uentos suspirat anauros;
E t quisquis pelago p se non cognitus amnis
P eneo dona uit aquas; te gurgite rapto
A pidanus. nūquāq; celer nisi mixt' enipeus
A ccipit asopos cursus phoenixq; melasq;
S olus in alterius nomen cū uenerit undas

O. Quia dii n̄ audent p illū iurare. quēadmodū p stigiā paludē. n̄ audent. unde ipse ducit originem. P. Tangit fabl. quia ixion interpellaret dianā p stupro. & ipsa subposuisset sibi nubē. unde nati sunt centauri. Q. Centaur' pholoes herculē hospitat' est. cui pholoe sup pedē cū una de sagittis illi' forte cecidisset statī mortuus ē. q toxicata ERAT;

D efendit titaresus aquas. lapsusq; supne
G urgite penei pro siccis utitur aruis.
H unc fama ē stigiis manare paludib; amnē
E t capitis memorē. fluuii contagia uilis
N olle pati superumq; sibi seruare timorē;
V t primū emissis patuerunt amnib; arua
P inguis bebricio discessit uomere sulcus;
M ox lelegū dextra pressū descendit aratrū;
A eolide dolopesq; solū fregere coloni
E t magnetes equis. miny e gens cognita remis;
I llic semiferos ixionidas centauros
F eta pelethroniis nubes effudit in antris;
A spera te pholoes frangentē moniche saxa
T eque sub oeteo torquentē uertice uulsas
R ete ferox quas uix boreas inuerteret ornos;
H ospes & alcide magni phole; teq; p amnē
I mpie lerneas uector passure sagittas;
T eq; senex chiron gelido q sidere fulgens
I mpetis emonio maiore scorpion arcu;
H ac tellure feri micuerunt semina martis;
P rimus ab equorea pcussis cuspide saxis
T hessalicus sonipes bellis feralib; omen
E xiluit. primū chaliben frenosq; momordit
S pumauit nouus lapithe domitoris habenis;
P rima fretū scindens pagaseo litore pinus
T errenū ignotas hominē p̄iecit in undas;
P rimū thessalie rector telluris ionos

R. Chiron translatus est in celū cū arcu & sagittis. qb; uoluit inficere q eū pupugerit. uocat in celo sagittarius. q fulget gelido sydere. quia p eū sol currit in hieme;

Lapithe regi q querens boues suos p̄m ibi equū ascendit.

Contra superos scilicet in adiutorium gigantibus. que proles crescebat cotidie viiii. digitos.

In formam calide percussit pondera masse; (*gl.:* bizantios)
Fudit et argentum flammis aurumque monete (*gl.:* qua fecit denarios)
Fregit et inmensis coxit fornacibus era;
Illic quod populos scelerata impegit in arma
Divitias numerare datum est. hinc maxima serpens
Descendit phyton cirrheaque fluxit in antra, (*gl.:* ubi non colitur vel ubi responsa capiunt; ex phitone tali quo loco)
Inde et thessalice veniunt ad pythia laurus. (*gl.:* nomen ludi vel templum apollinis)
Impius hinc prolem superis immisit aloeus, (*gl.:* ethium et altionem; gigas)
Inseruit celsis prope se cum pelion astris,
Sideribusque vias incurrens abstulit ossa;
Hac ubi dampnata fatis tellure locarunt
Castra duces, cunctos belli presaga futuri
Mens agitat. summique gravem discriminis horam
Adventare palam est. propius iam fata moveri (*gl.:* est palam)
Degeneres trepidant animi peioraque versant;
Ad dubios pauci presumpto robore casus
Spemque metumque ferunt; turbe sed mixtus inerti
Sextus erat. magno proles indigna parente,
Qui mox scylleis exul grassatus in undis (*gl.:* insaniens)
Polluit equoreos syculus pyrata triumphos. (*gl.:* quos habuit pater)
Quem stimulante metu fati prenoscere cursus
Impatiensque more venturisque omnibus eger.
Non tripodas deli non pythia consulit antra. (*gl.:* ara superiori; apollinis)
Nec quesisse libet primis quid frugibus altrix (*gl.:* silva ubi colebatur iupiter)
Ere iovis dodona sonet; quis noscere fibra
Fata queat. quis prodat aves. quis fulgura celi
Servet et assyria scrutetur sidera cura.

S. Tacitum propterea quia turpe erat. sed tamen erat fas in tanta necessitate. vel tacitum quia possit omnia enumerari.

Aut si quid tacitum sed fas erat; ille supernis
Detestanda deis. sevorum archana magorum
Noverat. et tristes sacris feralibus aras. (*gl.:* Sic legitur de samuele; ubi immolabatur humana caro)
Umbrarum ditisque fidem. miseroque liquebat (*gl.:* plutonis)
Scire parum superos; vanum sevumque furorem
Adiuvat ipse locus. vicinaque menia castris (*gl.:* que erant vicina)
Hemonidum. ficti quas nulla licentia monstri (*gl.:* Incantatricum a loco)
Transierat. quarum quicquid non creditur ars est; (*gl.:* Sed omnia eis erant nota)
Thessala quin etiam tellus herbasque nocentes
Rupibus ingenuit. sensuraque saxa canentes
Archanum ferale magos; ibi plurima surgunt (*gl.:* Magos huiusmodi qui possent movere saxa;)
Vim factura deis. et terris hospita colchis (*gl.:* que non adduxerat Iason.)
Legit in hemoniis quas non advexerat herbas. (*gl.:* Et vere est illarum ars quicquid non creditur sic ostenditur in multis.)
Impia tot populis. tot surdas gentibus aures
Celicolum dire convertunt carmina gentis.
Una per etherios exit vox illa recessus (*gl.:* Una .i. sola)
Verbaque ad invitum perfert cogentia numen. (*gl.:* invite facit; quem rem)
Quod non cura poli celique volubilis umquam
Avocat. infandum tetigit cum sydera murmur.
Tunc babilon persea licet secretaque memphis
Omne vetustorum solvat penetrale magorum. (*gl.:* ad hoc ut reddant sibi deos intentos)
Abducit superos alienis thessalus aris.
Carmine thessalicum dura in precordia fluxit (*gl.:* una)
Non fatis adductus amor flamisque severi (*gl.:* Quia cogunt aliquem amare illam quam numquam fata voluerunt ut amaretur ab ea.)
Inlicitis arsere senes; nec noxia tantum
Pocula proficiunt. aut cum turgentia suco (*gl.:* alicui; non tantum proficiunt; sic pullus sui; venefice; carnis)
Frontis amature subducunt pignora fete.

Mens hausti nulla sanie polluta ueneni
Excantata perit; quos non concordia mixti
Alligat ulla thori blandeque potentia formę
Traxerunt torti magica uertigine fili;

Et non tantum istud faciebant sed et aliud scilicet

Cessauere uices rerum; dilataque longa
Hesit nocte dies. legi non paruit ęther;
Torpuit et preceps audito carmine mundus;
Axibus et rapidis impulsos iupiter urgens
Miratur non ire polos; nunc omnia complent
Imbribus et calido producunt nubila phebo.
Et tonat ignaro celum ioue uocibus isdem;
Humentes late nebulas. nimbosque solutis
Excussere comis; uentis cessantibus equor
Intumuit. rursus uetitum sentire procellas.
Conticuit turbante notho. puppique furentes
Inuentum tumuere sinus; de rupe pependit
Abscissa fixus torrens. amnisque cucurrit
Non qua prius erat. nilum non extulit estas;
Meander direxit aquas. rhodanumque morantem
Precipitauit arar; summisso uertice montes
Explicuere iugum. nubes suspexit olimpus;
Solibus et nullis scythice cum bruma rigeret.
Dimaduere niues; inpulsam sidere tethin
Reppulit hemonium defenso littore carmen.
Terra quoque inmoti concussit ponderis axem.
Et medium uergens titubauit nisus in orbem.

Et in tantum titubauit quod

Tante molis onus percussum uoce recessit
Perspectumque dedit circum labentis olympi;
Omne potens animal leti. genitumque nocere.
Et pauet hemonias. et mortibus instruit artes;
Has auide tygres. et nobilis ira leonum
Ore fouent blando. gelidos. his explicat orbes
Inque pruinoso coluber distenditur aruo;
Viperei coeunt abrupto corpore nodi;

Vipera iterum sanatur carminibus

Humanoque cadit serpens adflata ueneno;
Quis labor hic superis cantus herbasque sequendi
Spernendique timor. cuius commertia pacti
Obstrictos habuere deos. parere necesse est

Quia uelint nolint tamen non possunt dimittere

An iuuat. ignota tantum pietate merentur.

An merent ipse malefice tantum ignota pietate. id est propterea quia non habent pietatem de aliquo ut dei timeant illas

An tacitis potuere minis. hoc iuris in omnes
Est illis superos. an habent hec carmina certum
Imperiosa deum qui mundum cogere quicquid
Cogitur ipse potest. illic et sidera primum
Precipiti deducta polo. phebeque serena
Non aliter diris uerborum obsessa uenenis
Palluit. et nigris terrenisque ignibus arsit.
Quam si fraterna prohiberet imagine tellus.
Insereretque suas flammis celestibus umbras;
Et patitur tantos cantu depressa labores
Donec suppositas propior despumet in herbas;
Hos scelerum ritus. hec dire crimina gentis.
Effera damnarat nimie pietatis ericho.
Inque nouos ritus pollutam duxerat artem;
Illi namque nefas urbis summittere tecto

Aut larib⁹ ferale caput · desertaq⁹ busta
Incolit · & tumulos expulsis obtinet umbris
Grata deis erebi, cetus audire silentum ·
& posse domos stygias · archanaq⁹ diuis opti ·
Non superi non uita uetat · tenet ora pfanē illus
Foeda situ macies · cęloq⁹ ignota sereno ·
Terribilis stygio facies pallore grauatur ·
Inpexis onerata comis, sinumbus & atrę
Sidera subducunt nubes · tō thessala nudis
Greditur bustis noctiuagaq⁹ flumina captat
Semina fecundę calcata per ussit ·
Et non lęuiferas spirando pdidit auras,
Nec superos orat · nec cantu supplice numen
Auxiliare uocat · nec fibras illa lucentis
Nouit · funereas arsis imponere flammas
Gaudet · & accenso rapuit quę tura sepulchro;
Omne nefas superi pma iam uoce pcantis
Concedunt · carmenq⁹ timent audire secūm ·
Uuentes animas · et adhuc sua mēbra regentes
Infodit busto · fatis debentib⁹ annos ·
Mors in uita subit · & pter sa funera pompa ·
Reuulsit á tumulis, fugere cadauera letum ·
Humanes uuuenū cineres · ardentiaq⁹ ossa
Medus rapit ipsa rogis · ipsamq⁹ parentes
Quā tenuere facē · nigroq⁹ uolantia fumo
Feralis fragmenta thori · uestesq⁹ fluentes
Colligit incineres · et olentis mēbra fauillas,

hic de humanis.
Ast ubi seruantur saxis quib⁹ intimus humor
Uertitur · & tracta durescunt tabe medullę
Corpora · tunc oīs aiude deseuit in artus ·
Immergitq⁹ manus oculis · gaudetq⁹ gelatos
Effodisse orbes · & siccę pallida rodit
Excrementa manus, laqueu nodosq⁹ recentis
Pre suo rūpit · pendentia corpora carpsit ·
Abrasitq⁹ cruces · pcussaq⁹ uiscera tumbis
Euulsit · & incoctas admisso sole medullas ·
Insertum manib⁹ chalybe · nigramq⁹ partis
Tillantis tabis anuem · uuruisq⁹ coactum ·
Fustulit · & neruo morsus retinente pependit,
Et quocūq⁹ iacet nuda tellure cadauer
Ante feras · uolucresq⁹ sedet · nec carpere mēbra
Ult ferro manib⁹ q⁹ suis · morsusq⁹ luporū
Expectat · siccus raptura é faucibus artus,
Et cessant á cęde man⁹ · si sanguine uuuo
Est opus erūpat uugulo · qui primus apto,
Nec refugit cędes · uuuū si sacra cruorem.
Extaq⁹ funereę poscunt trepidantia mīsę,
Uulnere si uentris · ñ qua natura uocabat
Extrahitur partus · calidus ponendus inaris.
Et quotiens seuus opus ē · ac fortib⁹ umbris ·
Ipsa facit manes, hominū mors oīs inusuē ·
Illa genę florę primęuo é corpore uulsit ·
Illa comā leua morienti abscidit ephebo,
Sepe etiā caris cognato in funere dira

Ut ubi seruantur i saxis quib⁹ intimus humor uenenū corporib;
uertitur · & tracta durescunt tabe medullę
corpora · tunc oīs aiude deseuit in artus ·
immergitq⁹ manus oculis · gaudetq⁹ gelatos t.s.
effodisse orbes · & siccę pallida rodit
excrementa manus, laqueu nodosq⁹ recentis
Pre suo rūpit · pendentia corpora carpsit.
abrasitq⁹ cruces · pcussaq⁹ uiscera tumbis
Euulsit · & incoctas admisso sole medullas ·
Insertum manib⁹ chalybe · nigramq⁹ partis
Tillantis tabis anuem · uuruisq⁹ coactum ·
Fustulit · & neruo morsus retinente pependit,
Et quocūq⁹ iacet nuda tellure cadauer
Ante feras · uolucresq⁹ sedet · nec carpere mēbra
Ult ferro manib⁹ q⁹ suis · morsusq⁹ luporū
Expectat · siccus raptura é faucibus artus,
Et cessant á cęde man⁹ · si sanguine uuuo
Est opus erūpat uugulo · qui primus apto,
Nec refugit cędes · uuuū si sacra cruorem.
Extaq⁹ funereę poscunt trepidantia mīsę,
Uulnere si uentris · ñ qua natura uocabat
Extrahitur partus · calidus ponendus inaris.
Et quotiens seuus opus ē · ac fortib⁹ umbris ·
Ipsa facit manes, hominū mors oīs inusuē ·
Illa genę florę primęuo é corpore uulsit ·
Illa comā leua morienti abscidit ephebo,
Sepe etiā caris cognato in funere dira

hic de cōbustis.

Quia magis efficax est ad maleficiū quā alię sacrificia sua exigūt facere hec oīa quę secuntur.

Et postq⁹ fert ad sepulchrū uterū facē eū uiuere.

Scd⁹ q⁹ sacrificia sua exigūt facere hec oīa quę secuntur.

Ne irē incauenter.

Quia.

Ut ubi seruantur i saxis quib⁹ intimus humor uenenū corporib;
uertitur · & tracta durescunt tabe medullę
corpora · tunc oīs aiude deseuit in artus ·
immergitq⁹ manus oculis · gaudetq⁹ gelatos t.s.
effodisse orbes · & siccę pallida rodit
excrementa manus, laqueu nodosq⁹ recentis
Pre suo rūpit · pendentia corpora carpsit.
abrasitq⁹ cruces · pcussaq⁹ uiscera tumbis
Euulsit · & incoctas admisso sole medullas ·
Insertum manib⁹ chalybe · nigramq⁹ partis
Tillantis tabis anuem · uuruisq⁹ coactum ·
Fustulit · & neruo morsus retinente pependit,
Et quocūq⁹ iacet nuda tellure cadauer
Ante feras · uolucresq⁹ sedet · nec carpere mēbra
Ult ferro manib⁹ q⁹ suis · morsusq⁹ luporū
Expectat · siccus raptura é faucibus artus,
Et cessant á cęde man⁹ · si sanguine uuuo
Est opus erūpat uugulo · qui primus apto,
Nec refugit cędes · uuuū si sacra cruorem.
Extaq⁹ funereę poscunt trepidantia mīsę,
Uulnere si uentris · ñ qua natura uocabat
Extrahitur partus · calidus ponendus inaris.
Et quotiens seuus opus ē · ac fortib⁹ umbris ·
Ipsa facit manes, hominū mors oīs inusuē ·
Illa genę florę primęuo é corpore uulsit ·
Illa comā leua morienti abscidit ephebo,
Sepe etiā caris cognato in funere dira

Quib⁹ suspendunt latrones.

Ille suspensis.

Uenenū.

Suspensi.

Claues.

Quos habuerant fixos in manib⁹.

Coagulatē.

Hic de humanis.

Deb⁹ ad maleficia pprius aptos & utiles.

Barbā.

Mortuos.

Ille.

Ille.

Ille

Illius mortui laxavit. i. laxam fecit ut morderet sibi linguam.

Thessalis incubuit membris. atque oscula figens.
Truncavitque caput. compressaque dentibus ora
Laxavit. siccoque herentem in gutture linguam
Premordens gelidis infudit murmura labris
Archanumque nefas Stygias mandavit ad umbras.
Hanc ut fama loci Pompeio prodidit. alta
Nocte poli Titan medium quo tempore ducit
Sub nostra tellure diem. deserta per arva
Carpit iter. fidi scelerum suetique ministri
Effractos circum tumulos ac busta vagati
Conspexere procul prerupta in caute sedentem
Qua iuga devexus Pharsalica porrigit Hemus.
Illa magis magisque deis incognita verba
Temptabat. carmenque novos fingebat in usus.
Namque timens ne Mars alium vagus iret in orbem
Emathis et tellus tam multa cede careret.
Pollutos cantu dirisque venefica sucis
Compressos vetuit transmittere bella Philippos.
Tot mortes habitura suas. usuraque mundi
Sanguine. cesorum truncare cadavera regum
Sperat et Hesperie cineres avertere gentis.
Ossaque nobilium. tantosque adquirere manes.
Hic ardor solusque labor. quid corpore Magni
Proiecto rapiat. quos Cesaris involet artus.
Quam prior affatur Pompeii ignava propago.
O decus Hemonidum. populis que pandere fata
Queque suo ventura potes devertere cursu.

Ut frueretur ossibus illorum.

Supple dicit illi sextus pompeius quod posse devertere ventura a suo cursu. ad hec respondet ista dicens quod si minora quereret posset deos in qualibet parte vertere. b. Producere vitam hominum et abbreviare sic dici possum sed istud non possum. c. Tam magna removere non possumus que ut fiant omnia fata laborant. sed si finem rerum vultis prenoscere. patebunt faciles aditus et multi ad verum.

Te precor ut certum liceat mihi noscere finem
Quem belli fortuna paret. non ultima turbe
Pars ego Romane. Magni clarissima proles.
Vel dominus rerum vel tanti funeris heres.
Mens dubiis perculsa pavet. rursusque parata est
Certos ferre metus. hoc casibus eripe iuris.
Ne subiti cecique ruant. vel numina torque.
Vel tu parce deis et manibus exprime verum.
Elysias [illegible] resera sedes. ipsamque vocatam
Quos petat [illegible] e nobis mortem tibi coge fateri.
Non humilis labor est. dignum quod querere cures
Vel tibi. quo tanti preponderet alea fati.
Impia letatur vulgate nomine fame
Thessalis. et contra. Si fata minora moveres
Pronum erat o iuvenis quos velles inquit in actus
Invitos prebere deos. conceditur arti
Una cum radiis presserunt sidera mortem
Inseruisse moras. et quamvis fecerit omnis
Stella senem. medios herbis abrumpimus annos.
At simul a prima descendit origine mundi
Causarum series. atque omnia fata laborant
Si quicquam mutare velis. unoque sub ictu
Stat genus humanum. tum Thessala turba fatemur
Plus fortuna potest. sed si prenoscere casus
Contentus. facilesque aditus multique patebunt
Ad verum. tellus nobis. etherque chaosque
Equoraque et campi. Rhodopeaque saxa loquentur.

Multis modis possum vobis ostendere futura. sed tamen sic ostendam.

Sed pronum cum tanta nouae sit copia mortis
Emathiis unum campis attollere corpus.
Ut modo defuncti trepidique cadaueris ora
Plena uoce sonent. ne membris sole perustis
Auribus incertum feralis strideat umbra.
Dixerat. et noctis geminatis arte tenebris
Mestum tecta caput squalenti nube pererrat
Corpora cesorum tumulis proiecta negatis.
Continuo fugere lupi. fugere reuulsis
Unguibus inpaste uolucres dum thessala uatem
Eligit. et gelidas leto scrutata medullas
Pulmonis rigidi stantes sine nomine fibras
Inuenit. et uocem defuncto in corpore querit.
Fata peremptorum pendent iam multa uirorum.
Quem superis reuocasse uelit. si tollere totas
Temptasset campis acies. et reddere bello.
Cessissent leges erebi. monstroque potenti
Extractus stigio populus pugnasset auerno.
Electum tandem traiecto gutture corpus
Ducit. et inserto laqueis feralibus unco.
Per scopulos miserum trahitur per saxa cadauer
Victurum. montisque caui quem tristis erictho
Dampnarat sacris. alta sub rupe locatur.
Haud procul a ditis cecis depressa cauernis
In preceps subsedit humus. quam pallida pronis
Urget silua comis. et nullo uertice celum
Suspiciens phebo non peruia taxus opacat.

Modo describit illum locum ostendens esse aptum neque illi sacrificiis.

S. Hic dicitur: ita est proximus locus ille et oportunus inferno ut non metuant emittere manes illuc tirannici reges cum semper uelint habere eos in penis. T. Nam quis quelibet thessala uates per incantationes et malefica possit cadaueri animam restituere tamen dubitat anima an ideo uideat ibi inferos quod sit resuscitata an ideo quia ibi descendat ad stigem.

Marcentes intus tenebre. pallensque sub antris
Longa nocte situs. numquam nisi carmine factum
Lumen habet. non tenareis sic faucibus aer
Sedet iners. mestum mundi confine latentis
Ac nostri. quo non metuant emittere manes
Tartarei reges. nam quamuis thessala uates
Vim faciat fatis dubium est quod traxerit illud
Aspiciat stygias. an quod descendit ad umbras.
Discolor et uario furialis cultus amictu
Induitur. uultusque aperitur crine remoto.
Et coma uipereis substringitur horrida sertis.
Ut pauidos iuuenis comites. ipsumque trementem
Conspicit exanimi defixum lumina uultu.
Ponite ait trepida conceptos mente timores
Iam noua iam uera reddetur uita figura.
Ut quamuis pauidi possint audire loquentem.
Si uero stigiosque lacus. ripamque sonantem
Ignibus ostendam. si me presente uideri
Eumenides possent. uillosaque colla colubris
Cerberus excutiens. et uincti terga gygantes.
Quis timor ignaui metuentes cernere manes.
Pectora tunc primum ferventi sanguine supplet
Vulneribus laxata nouis. taboque medullas
Abluit. et uirus large lunare ministrat.
Huc quicquid fetu genuit natura sinistro
Miscetur. non spuma canum quibus unda timori est.
Viscera non lincis. non dire nodus hyene.

B· Dicuntur quidam lapides inueniri in armenia qui pregnantes uocantur· eo quod habent lapillos infra se et possunt parturi· quos et aquile sub se ponunt cum ouis· ne incendantur ipsius calore. Y· Ceraste i· serpentis cui singulis annis pellis cadit naturaliter. X· Phenix enim sibi nidum componit post d· annos· quem postquam ita parat quod non potest exire· ex motione alarum et solis calore ignis sibi concepto eam comburit· unde post xl· dies uermiculus creatur· et sic pristina auis restituitur.

Defuit· et cerui pasti serpente medulle.
Non puppim retinens euro tendente rudentes
In mediis echinis aquis· oculique draconum.
Queque sonant feta tepefacta sub alite saxa
Non arabum uolucer serpens· innataque rubris
Aequoribus custos pretiose uipera conche.
Aut uiuentis adhuc libici membrana ceraste
Aut cinis eoa positi phenicis in ara.
Quo postquam uiles et habentis nomina pestis
Contulit· infando saturatas carmine frondes
Et quibus os dirum nascentibus inspuit herbas
Addidit· et quicquid mundo dedit ipsa ueneni.
Tum uox letheos cunctis pollentior herbis
Excantare deos confudit murmura primum
Dissona et humane multum discordia lingue.
Latratus habet illa canum gemitusque luporum.
Quod trepidus bubo quod strix nocturna queruntur.
Quod stridunt ululantque fere· quod sibilat anguis.
Exprimit et planctus inlise cautibus unde.
Siluarumque sonum fracteque tonitrua nubis.
Tot rerum uox una fuit; mox cetera cantu
Explicat hemonio penetratque in tartara lingua.
Eumenides stygiumque nefas peneque nocentum
Et chaos innumeros auidum confundere mundos
Et rector terre que longa in secula torquet
Mors dilata deum· styx· et quos nulla meretur
Thessalis elysios· celum matremque perosa

Y· i· o dii qui prestatis sceleribus per quos homines ueniunt ad stigium· et ad infernum· Vt ita Stigium n· i· qui facitis homines peccare· Et pene noc· i· qui postea peccatum punitis EOS·

i· o dii qui pestis confusionis·

Perosa quae plus dilexisti plutonem quam celum et MATREM;

A· Persephone· i· proserpina· in celo uocatur luna· in terra uero hecates et diana· in inferno proserpina· Z· Hecate dicitur habere multas potestates· quarum illa que presidet nobis et ceteris· magis ultima i· maior esse dicitur.

Persephone nostreque hecates pars ultima per quam
Manibus et mihi sunt tacite commertia lingue.
Ianitor et sedis laxe qui uiscera seuo
Spargis nostra cani· repetitaque fila sorores
Tracture· tuque o flagrantis portitor unde.
Iam lassate senex ad me redeuntibus umbris
Exaudite preces· si uos satis ore nefando
Pollutoque uoco· si numquam hec carmina fibris
Humanis ieiuna cano· si pectora plena
Sepe dedi· et laui calido prosecta cerebro.
Siquis qui uestris caput extaque lancibus infans
Imposuit uicturus erat· parete precanti.
Non in tartareo latitantem poscimus antro
Assuetamque diu tenebris modo luce fugata
Descendentem animam; primo pallentis hiatu
Heret adhuc orci· licet has exaudiat herbas
Ad manes uentura semel· ducis omnia nato
Pompeiana canat nostri modo militis umbra.
Si bene de uobis ciuilia bella merentur.
Hec ubi fata caput spumantiaque ora leuauit.
Aspicit adstantem proiecti corporis umbram.
Exanimis artus inuisaque claustra timentem
Carceris antiqui· pauet ire in pectus apertum
Visceraque et ruptas letali uulnere fibras.
Ah miser extremum cui mortis munus inique
Eripitur non posse mori; miratur erictho
Has fatis licuisse moras· irataque morti

Verberat immotum vivo serpente cadaver
Perque cavas terre quas egit carmine rimas
Manibus inlatrat regnique silentia rumpit
Tesiphone vocisque mee secura megera
Non agitis sevis erebi per inane flagellis
Infelicem animam iam vos ego nomine vero
Eliciam stygiasque canes in luce superna
Destituam per busta sequar per funera custos
Expellam tumulis abigam vos omnibus urnis
Teque deis ad quos alio procedere vultu
Ficta soles hecate pallenti tabida forma
Ostendam faciemque erebi mutare vetabo
Eloquar inmenso terre sub pondere que te
Contineant ethnea dapes quo federe mestum
Regem noctis ames que te contagia passam
Noluerit revocare ceres tibi pessime mundi
Arbiter inmittam ruptis titana cavernis
Et subito feriere die paretis an ille
Conpellandus erit quo numquam terra vocato
Non concussa tremit qui gorgona cernit apertam
Verberibusque suis trepidam castiget erinem
Indespecta tenet vobis qui tartara cuius
Vos estis superi stygias qui peierat umbras
Protinus astrictus caluit cruor atraque fovit
Vulnera et in venas extremaque membra cucurrit
Percusse gelido trepidant sub pectore fibre
Et nova desuetis subrepens vita medullis

Miscetur morti tunc omnis palpitat artus
Tenduntur nervi nec se tellure cadaver
Paulatim per membra levat terraque repulsum est
Erectumque semel distento lumina rictu
Nudantur non dum facies viventis in illo
Iam morientis erat remanet pallorque rigorque
Et stupet inlatus mundo sed murmure nullo
Ora adstricta sonant vox illi linguaque tantum
Responsura datur dic inquit thessala magna
Quod iubeo mercede mihi nam vera locutum
Inmunem toto mundi prestabimus evo
Artibus hemoniis tali tua membra sepulchro
Talibus exuram stygio cum carmine silvis
Ut nullos cantata magos exaudiat umbra
Sit tanti vixisse iterum nec verba nec herba
Audebunt longe somnum tibi solvere lethes
A me morte data tripodas vatesque deorum
Sors obscura decet certus discedat ab umbris
Quisquis vera petit dureque oracula mortis
Fortis adit non parce precor da nomina rebus
Da loca da vocem qua mecum fata loquantur
Addidit et carmen quo quicquid consulit umbra
Scire dedit mestum fletu manante cadaver
Tristia non equidem parcarum stamina dixit
Aspexi tacite revocatus ab aggere ripe
Quod tamen e cunctis mihi noscere contigit umbris
Effera romanos agitat discordia manes

w. Per hoc quod dixit bonos liquisse elisias sedes. ostendit eos in tantum tristes propter ciuile bellum quod instabat. ac si dimitterent illas sedes. Quod autem dicit malos liquisse tartara. ostendit illos in tantum gaudere propter bellum quod fieret contra patriam et ciues. ac si penas exirent; N. Vt de bonis huius belli possumus intelligere. ut de illa in qua cesar moreretur.

Impia infernam ruperunt arma quietem;
Elysias alii sedes. ac tartara mesta
Diversi liquere duces. quid fata pararent
Hi fecere palam. tristis felicibus umbris
Vultus erat. uidi decios natumque patremque
Lustrales bellis animas. flentemque camillum
Et curios. syllam de te fortuna querentem;
Deplorat lybicis perituram scipio terris
Infaustam sobolem. maior cartaginis hostis;
Non seruituri meret cato fata nepotis
Solum te consul depulsis prime tyrannis
Brute pias inter gaudentem uidimus umbras;
Abruptis catilina minax fractisque catenis
Exultat. mariique truces. nudique cethegi;
Vidi ego letantes popularia nomina drusos
Legibus inmodicos. ausosque ingentia grachos.
Aeternis calibum nodis. et carcere ditis
Constricte plausere manus. camposque piorum
Poscit turba nocens. regni possessor inertis
Pallentis aperit sedes. abruptaque saxa
Asperat. et durum uinclis adamanta paratque
Poenam uictori; refer hec solatia tecum
O iuuenis placido manes patremque domumque
Expectare sinu regnique in parte serena
Pompeio seruare locum; ne gloria parue
Sollicitet uite. ueniet que misceat omnes
Hora duces. properate mori. magnoque superbi

O. Idest cesaris et suorum. quia in penis erunt. uos autem non. quibus fient arce quasi diis. O. Dixi uos qui uictores et qui uicti fuerint. scilicet quod alter ducum iacebit in nilo et alter rome. sed quis hic ut ibi iaceat nescio determinare. quia adhuc non definitum est inter manes. N. Quia queque pars suum ducem rome uellet sepeliri.

Quamuis [illegible] e paruis animo descendite bustis.
Et romanorum manes calcate deorum;
Quem tumulum nili quem tybridis abluat unda
Queritur. et ducibus tantum de funere pugna est;
Tu fatum ne quere tuum. cognoscere parce
Me reticente dabunt; tibi certior omnia uates
Ipse canet siculis genitor pompeius in aruis.
Ille quoque incertus quo te uocet unde repellat.
Quas iubeat uitare plagas. que sidera mundi
Europam miseri lybiamque asiamque timete.
Distribuet tumulos uestris fortuna triumphis.
O miseranda domus toto nihil orbe uidebis
Tutius emathia; postquam sic fata peregit.
Stat uultu mestus tacito. mortemque reposcit;
Carminibus magicis opus est herbisque cadauer
Vt cadat. et nequeunt animam sibi reddere fata
Consumpto iam iure semel; tunc robore multo
Extruit illa rogum. uenit defunctus ad ignes.
Accensa positum iuuenem strue liquit ericto
Tandem passa mori. sextoque ad castra parentis
It comes. et celo lucis ducente colorem
Dum ferrent tutos intra tentoria gressus.
Iussa tenere diem densas nox pertulit umbras;

EXPLICIT LIBER VI. INCIPIT SEPTIMUS

Segnior oceano quam lex eterna uocabat
Luctificus titan numquam magis ethera contra
Egit equos. currumque polo rapiente
retorsit.

A. Et cum non potuit se occultare tamen voluit pati eclipsin. Sol erat in magno labore sed pompeius erat in maxima quiete. At Sextus pompeius in maximo labore et timore erat ob futura mala que sciebat sed pater eius in maxima quiete erat quia se in pristina felicitate esse non dubitabat. B. Quia congregavit servos ad bellum contra quem Sertorium Q. C. missus superatus est ab illo. tandem missus est illuc pompeius et vicit eum.

C. Ensis tamen eque venerabilis in pura toga quam ipse venerabilis ornante curru i. si sederet super currum. id dicit quia ipse coronauerat romanum triumphuo.

D. Quis posset dare ut pariter sumerent sibi pares sonos i. ut ipsi eodem non viderent eum in somnis ut si bi videbatur quia tamen esses felix si te tua roma videret sic in somnis sed sic viderete und utinam superi donassent unum diem tibi et patrie o magne.

Ut non saltem possent esse felices.

Defectusque pati voluit raptosque labores
Lucis. et attraxit nubes non pabula flammis.
Sed ne thessalico purus luceret in orbe.
At nox felicis magno pars ultima vite.
Sollicitos vana decepit imagine somnos.
Nam pompeiani visus sibi sede theatri
Innumeram effigiem romane cernere plebis.
Attollique suum letis ad sydera nomen
Vocibus. et plausu cuneos certare sonantes.
Qualis erat facies populi clamorque faventum
Olim cum iuvenis primique etate triumphi.
Post domitas gentes quas torrens ambit hiberus.
Et quecumque fuga sertorius impulit arma
Vespere pacato. pura venerabilis eque
Quam currus ornante toga plaudente senatu
Sedit adhuc romanus eques. seu fine bonorum
Anxia venturis ad tempora leta refugit
Sive per ambages solitas contraria visis
Vaticinata quies magni tulit omina planctus.
Seu vetito patrias ultra tibi cernere sedes
Sic romam fortuna dedit. ne rumpite somnos
Castrorum vigiles. nullas tibi verberet aures.
Crastina dira quies et imagine mesta diurna
Undique funestas acies feret. undique bellum.
Unde pares sonos populis noctemque beatam
O felix si te vel sic tua roma videret.
Donassent utinam superi patrieque tibique

E. Quia numquam aliquid de te optavi quin eveniret. ita eras fortunatus. F. Mos erat quando aliquis strenuus moriebatur. quod omnes congregabantur in unum et flebant eum. G. Sol voluit se occultare sed non potuit. quia iubar vicerat astra. H. Dicebant illum differre ideo pugnam ut videtur quamdiu essent simul regnare super totum orbem.

Unum magne diem quo fati certus uterque
Extremum tanti munus caperetis amoris.
Tu velut ausonia vadis moriturus in urbe.
Illa rati semper de te sibi conscia voti
Hoc scelus haud umquam fatis herere putavit.
Sic se dilecti tumulum quoque perdere magni.
Te mixto flesset luctu iuvenisque senexque
Iniussusque puer. lacerasset crine soluto
Pectora femineum ceu bruti funere vulgus
Nunc quoque tela licet paveant victoris iniqui
Nuntiet ipse licet cesar tua funera flebunt.
Sed dum tura ferunt dum laurea serta tonanti.
O miseri quorum gemitus edere dolorem.
Qui te non pleno pariter planxere theatro.
Vicerat astra iubar. cum mixto murmure turba
Castrorum fremuit. fatisque trahentibus orbem
Signa petit pugne. miseri pars maxima vulgi
Non totum visura diem tentoria circum
Ipsa ducis queritur. magnoque accensa tumultu.
Mortis vicine properantes ammonet horas.
Dira subit rabies sua quisque ac publica fata
Precipitare cupit. segnis pavidusque vocatur
Ac nimium patiens soceri pompeius. et orbis
Indulgens regno qui tot simul undique gentes
Iuris habere sui vellet. pacemque timeret.
Nec non et reges populique queruntur eoi
Bella trahi. patriaque procul tellure teneri.

Inuehitur in deos dicens eorum uoluntate euenisse hec mala et tamen uelle ascribere hominibus. Omnes clamabant sed iste solus fecit orationem pro cunctis.

Hoc placet o superi cū uobis uertere cuncta
Propositū. nr̄is erroribus addere crimen
Cladibus irruimus nocituraq; poscim⁹ arma
In pōpeianis uotū est pharsalia c. astris;
Cunctorū uoces romani maxim⁹ auctor
Tullius eloquii cuius sub iure togaq;
Pacificas seuus tremuit catilina secures
Pertulit iratus bellis. cū rostra forumq;
Optaret. passus tā longa silentia miles;
Addidit inualide robur facundia cause;
Hoc p tot meritis solū te magne p̄catur
Uti se fortuna uelis. p̄ceresq; tuorū
Castrorū regesq; tui cū supplice mundo
Affusi uinci socerū patiare rogamus;
Humani generis tā longo tēpore bellū
Cesar erit. merito pōpeiū uincere lente
Gentibus indignū est ā transcurrente subactis;
Quo tibi feruor abit. aut quo fiducia fati
De superis ingrate times. causamq; senat⁹
Credere dis dubitas. ipse sua signa reuellent
Prosilientq; acies. pudeat uicisse coactū;
Si duce te iusso. si nobis bella geruntur.
Sit iuris quocūq; uelī concurrere cāpo;
Quid mundi gladios ā sanguine cesaris arces
Vibrant tela manꝰ uix signa morantia q̄sq;
Expectat. ppera ne te tua classica linquant
Scire senat⁹ auet miles te magne sequat̄

Que tu habebas cū transcurrendo subiugabas s. gentes.

Quia plures sunt qui cū uident se in maximo periculo fiant acriores et non habentur pro fortibus. Et econtrario. Ille est fortis qui potest differre si cominus sibi sunt metuenda quod isti pōpeiani uolebant facere. 90

An comes; ingemuit rector sensitq; deorū
Esse dolos. et fata sue contraria menti;
Si placet hoc inquit cunctis. si milite magno
Non duce tēpus eget. n̄ ultra fata morabor;
Inuoluat poplos una fortuna ruina
Sitq; hominū magne lux ista nouissima parti;
Testor roma tam magnū q̄ cuncta perirent
Accepisse diē; potuit tibi uulnere nullo
Stare labor belli. potuit sine cede subactū
Captiuūq; ducē romane tradere paci;
Quis furor o ceci scelerū. ciuilia bella
Gesturi metuunt ne non cū sanguine uincant;
Abstulimus terras. exclusim⁹ equore toto.
Ad pmaturas segetū ieiuna rapinas
Agmina cōpulimus uotūq; effecim⁹ hostis
Ut mallet sterni gladiis mortesq; suorū
Permiscere meis; belli pars magna pacta ē
His quibus effectū est ne pugnā tiro pauere t.
Si modo uirtutis stimulis ireq; calore
Signa petunt; multos in sūma picula misit
Uenturi timor ipse mali; fortissim⁹ ille est
Qui pmptus metuenda pati si cōmin⁹ instent
Et differre potest; placet hec tā pspera rerū
Tradere fortune. gladio pmittere mundi
Discrimen pugnare ducē q̄ uincere malū;
Res mihi romanas dederas fortuna regendas
Accipe maiores et ceco in marte tuere.

ut ante maturitatem inducerent segetes q̄ sit maturare

q. plus solo pauere q. ueteres

Pompei nec crimen erit nec gloria belli;
Vincis apud superos uotis me cesar utrumque
Fugnatur; quantum sceleri quantumque malorum
In populos lux ipsa ferat. quot regna iacebit
Sanguine romano. quam turbidus ibit euphrates;
Pruina uelum caput hoc funesti lancea belli
Sistine momento rerum partisque ruina
Casurum est feriat. nec quam uictoria magno
Letior; aut populus in uultu hac clade pacta
Aut hodie pompeius erit miserabile nomen;
O me malum uictis quod sors ferat ultima rerum.
Omne nefas uictoris erit; sic fatur et arma
Permittit populis frenosque furentibus ira
Laxat. et ut uictus uolentes nauita choro
Sat regimen uentis ignauum quam arte relicta
Puppis onus trahitur; trepido concussa tumultu
Castra fremunt. animique truces sua pectora pulsant
Certis incertis. multosque pallor in ore
Mortis uenturique facies quam plurima facto;
Audiuisse diem qui fatum rebus ineuum
Crederet humanis. et quaeri roma quod esset
Illo marte pala est. sua quisque pericula nescit
Territus et maiore metu; quis litora ponto
Horrida quis summus cernens in montibus aequor
Aetheraque interras deiecto sole cadentem
Horret rerum finem timeat sibi. non uacat ullos
Prorsus ferre metus. urbi magnoque timetur.

Nec gladius habuere fidem in cautibus asper
Exarsit mucro. tunc omnis lancea saxo
Erigitur. tendunt nerus melioribus arcus.
Cura fuit lectis pharetras implere sagittis.
Auget equis stimulos frenoque arctat habenas;
Fulmineat superis hominum conferre labores
Non aliter flegra rapidos tollente gigantes
Mavortius in caluit siculis incudibus ensis.
Contrubuit flammis iterum neptunia cuspis.
Piculaque extenso pean phitone recoxit
Pallas gorgoneos diffudit in egida crines.
Vallenea iouis mutauit fulmina cyclops;
Non tamen abstinuit uentique posse motus.
Per uarias fortuna notas; nam thessala rura
Cum peterent. totius uenientibus obstitit aether.
Ingue oculus hominum fregerunt fulmina nubes;
Aduersasque faces immensoque igne columnas
Et trabibus mixtis auidos typhonas aquarum
Detulit attonitos oculos ingesto fulgure clausit;
Excussit cristas galeis. capulosque solutis
Perfudit gladius. ereptaque pila liquauit.
Aethereoque nocens fumauit sulphure ferrum.
Nec non innumero coopto examine signa.
Vixque reuulsa solo maiores pondere passum
Signiferi mersere caput; rorantia fletu
Vsque ad thessalicas romana et publica signa;
Immotus superis discussa fugit ab ara

Taurus & emathios preceps se iecit in agros.
Nullaque funestis inuenta est uictima sacris.
At tu quos scelerum superos quas rite uocasti
Eumenidas cesar. stigii que numina regni.
Infernumque nefas & mersos nocte furores
Impia tam seue gesturus bella litasti;
Iam dubium monstris ne deum nimio que pauori
Crediderint, multis concurrere uisus olimpo
Pindus. et abruptis mergi conuallibus hemus.
Edere nocturnas belli pharsalia uoces.
Ire per osseam rabidus beboida sanguis
Inque uicem uultus tenebris mirantur opertos
Et pallere diem. galeisque incumbere noctem.
Defunctosque patres & cunctas sanguinis umbras
Ante oculos uolitare suos; sed mentibus unum
Hoc solamen erat. quod uoti turba nefandi
Conscia que patrum iugulos que pectora fratrum
Sperabat. gaudet monstris mentisque tumultum
Atque omen scelerum subitos putat esse furores.
Quid mirum populos quos lux extrema manebat
Lymphato trepidasse metu. presaga malorum
Si data mens homini est tirius qua gadibus hospes
Adiacet armeniusque bibit romanus araxen.
Sub quocumque die quocumque est sydere mundi.
Meret & ignorat causas animumque dolentem
Corripit emathiis quid perdat nescit in aruis;
Euganeo si uera fides memorantibus augur

92

Illi lectores spem mouebit. quia interim dum legent sperabit te habere uictoriam & item timent ne amittas & facient uotum pro te. Itaque instruuntur utrique acies. Pompeius octoginta & octo cohortes triplici ordine locauit. Fuerunt autem peditum xl milia. Equites in sinistro cornu sexcenti. in dextro quingenti. Preterea reges multi. senatores. equitesque romani plurimi absque leuium armatura rum magna copia.

Colle sedens aponus terris ubi fumifer exit.
Atque antenorei ubi spargitur unda timaui.
Venit summa dies geritur res maxima dixit.
Impia concurrunt pompei & cesaris arma;
Seu tonitrus ac tela iouis presaga notauit.
Ethera seu totum discordi obsistere celo
Perspexitque polos. seu numen in ethere mestum
Solis in obscuro pugnam pallore notauit;
Dissimilem certe cunctis quos explicat egit
Thessalicum natura diem; si cuncta perito
Augure mens hominum celi noua signa notasset.
Spectari toto potuit pharsalia mundo;
O summos hominum quorum fortuna per orbem
Signa dedit. quorum fatis celum omne uacauit;
Hec & apud seras gentes populosque nepotum.
Siue sua tantum uenient in secla fama.
Siue aliquid magnis nostri quoque cura laboris
Nominibus prodesse potest. cum bella legentur.
Spesque metusque simul perituraque uota mouebunt
Attonitique omnes ueluti uenientia fata
Non transmissa legent & adhuc tibi magne fauebunt.
Miles ut aduerso phebi radiatus ab ictu
Descendens totos perfudit lumine colles.
Non temere inmissus campis stetit ordine certo
Infelix acies; cornus tibi cura sinistri
Lentule cum prima que tum fuit optima bello
Et quarta legione datur; tibi numine pugnax

b· X· pro exiguo tractu· ppt(er)ea quia ita pedetẽptim incedebant ad bellũ· dicebat ciuilia bella fore lentũ nefas· t quia ignorabat utrũ ipse uictoriã ẽẽt adeptur(us) an põpeian(us)·
a· M· Cesar similit(er) octoginta cohortes triplici ordine disposuit· Cu(m) fuerit minus quã xxx· milia peditũ· equites mille·

Aduerso domiti dextri frons tradita martis;
At medii robur belli fortissima densant
Agmina· que cilicũ terris deducta tenebat
Scipio miles in hoc· libico dux prim(us) in orbe;
At iuxta fluuios & stagna undantis enipei
Capadocũ montana cohors & largus habenę
Ponticus ibat eques; sicci sed plurima cãpi
Tethrarchę regesq(ue) tenent· magniq(ue) tirañi
Atq(ue) om(ne)s latio que seruit purpura ferro;
Illuc & lybię numidas & creta cydonas
Misit· itureis cursus fuit inde sagittis;
Inde truces galli solitũ pdistis in hoste;
Illic pugnaces cõmouit hyberia cetras;
Eripe uictori gentes· & sanguine mundi
Fuso magne semel totos consume triũphos;
Illo forte die cesar statione relicta
Ad segetũ raptus moturus signa repente
Conspicit in planos hostẽ descendere cãpos·
Oblatũq(ue) uidet uotis sibi mille petitũ
Tempus· in extremos quo mitteret om(n)ia casus;
Eger quippe morę flagransq(ue) cupidine regni
Ceperat exiguo tractu ciuilia bella·
Ut lentũ dãpnare nefas; discrimina postq(uam)
Aduentare ducũ supremaq(ue) prelia uidit·
Casuram fatis sensit nutare ruinam;
Illa quoq(ue) in ferrũ rabies p(ro)ptissima paulũ
Languit· & casus audax spondere secundos

Illos sensit timere qui erant casuri in bello;

7 Illa pars cui iudex superatur d(icitu)r ẽẽ nocens· quis iustã causam habeat·

Mens stetit in dubio· quã nec sua fata timere
Nec magni sperare sinunt; formidine mersa
Prosilit hortando melior fiducia uulgo;
O domitor mundi rerũ fortuna mearũ
Miles· adest totiens optatę copia pugnę
Nil opus est uotis iã fatũ arcessite ferro·
In manib(us) u(est)ris quantus sit cesar habetis; (& iure debetis pugnare·)
Hec est illa dies mihi quã rubiconis ad undas
Promissã memini cuius spe mouim(us) arma·
In quã distulim(us) uetitos remeare triũphos;
Hec eadẽ est hodie que pignera queq(ue) penates·
Reddat & emeritos faciat uos marte colonos;
Hec fato que teste pbet quis iustius arma
Sũpserit; hec acies uictũ factura nocentẽ ẽ·
Si p me patriã ferro flammaq(ue) petistis·
Nunc pugnate truces gladioq(ue) absoluite culpã·
Nulla manus belli mutato iudice pura ẽ·
Non mihi res agitur· sed uos ut libera sitis
Turba p(re)cor· gentes ut ius habeatis in om(ne)s·
Ipse ego priuatę cupidus me reddere uitę·
Plebeiaq(ue) toga modicũ componere ciuem· (siue rustic(us) siue aliq(ui)d tale·)
Omnia dum uobis liceant· nihil ẽẽ recuso·
Inuidia regnate mea· nec sanguine multo
Spem mundi petitis; grais delecta iuuentus
Gymnasiis aderit studioq(ue) ignaua palestrę·
Et uix arma ferens· & mixtę dissona turbę
Barbaries· non illa tubas n(on) agmine moto

yy. Is illas gentes que prius fuerunt hostes romanorum. O. Non tantum ualere quantum si haberet triumphum de una gente. 7. Alia causa pro qua debetis pugnare. quia illi quos pompeius adduxerit non curant utrum ego habeam uictoriam an ille. et ideo non pugnabunt.

Clamorem latura suum; ciuilia pauce
Bella manus facient. pugne pars magna leuabit
His orbem populis romanumque opteret hostem;
Ite per ignauas gentes famosaque regna
Et primo motu ferri prosternite mundum
Sitque palam quas tot duxit pompeius in urbem
Curribus. unius gentis non esse triumphum;
Armeniosne mouet romana potentia cuius
Sit ducis. aut emptum minimo uult sanguine quisquam
Barbarus hesperiis magnum preponere rebus;
Romanos odere omnes dominosque grauantur
Quos nouere magis; sed me fortuna meorum
Commisit manibus. quorum me gallia testem
Tot fecit bellis; cuius non militis ensem
Agnoscam. celumque tremens cum lancea transit
Dicere non fallor quo sit uibrata lacerto;
Quod si signa ducem numquam fallentia uestrum
Conspicio faciesque truces oculosque minaces.
Uicistis; uideor fluuios spectare cruoris.
Calcatosque simul reges. sparsumque senatus
Corpus. et inmensa populos in cede natantes;
Sed mea fata moror. qui uos in bella ruentes
Uocibus his teneo. ueniam date bella trahenti.
Spe trepido; haud umquam uidi tam magna daturos
Tam prope me superos. camporum limite paruo
Absumus a uotis; ego sum cui marte peracto
Que populi regesque tenent donare licebit;

A. Hic tangit quod silla fecit qui reclusit romanos sicut oues in quandam sepem. et quemadmodum ipse fecerat ita pompeius clauserat istos militibus. B. Quia pompeius iste militauerat sub silla. C. Quia ipse pompeius credebat in cesarienses qui erant tam bene sui ciues ut illi fecisse nefas quod tulerunt aduersa signa. et quod irrauerunt armati patriam. sed cesar non. At. Pompei credebat milites cesaris. ... quia fauebant cesari. sed cesar non credebat de illis ciuibus hoc quod fauebant ...

Quo ne poli motu quo celi sidere uerso
Thessalice tantum superi permittitis ore;
Aut merces hodie bellorum aut pena parata.
Cesareas spectate cruces. spectate catenas
Et caput hoc positum rostris effusaque membra
Septorumque nefas et clausi prelia campi;
Cum duce sillano gerimus ciuilia bella
Uestri cura mouet. nam me secura manebit
Sors quesita manu. fodientem uiscera cernet
Me mea qui nondum uicto respexerit hoste;
Di quorum curas subduxit ab ethere tellus
Romanusque labor uincat quicumque necesse
Non putat in uictos seuum destringere ferrum
Quique suos ciues quod signa aduersa tulerunt
Non credit fecisse nefas; pompeius in arto
Agmina uestra loco uetita uirtute moueri
Cum tenuit. quanto satiauit sanguine ferrum.
Uos tamen hoc oro iuuenes ne cedere quisquam
Hostis terga uelit. ciuis qui fugerit esto.
Sed cum tela micant non uos pietatis imago
Ulla nec aduersa conspecti fronte parentes
Commoueant. uultus gladio turbate uerendos;
Siue quis infesto cognata in pectora ferro
Ibit. seu nullum uiolabit uulnere pignus
Ignoti iugulum tamquam scelus imputet hostis;
Sternite iam uallum. fossas implete ruina.
Exeat ut plenis acies non sparsa maniplis;

... debet fauere parti dum sui. B. Ego hortor uos ... inficiatis ... eos suos ... que extraneos. A. Ad si quis fecerit imputet sibi ipse ... lere quod non ob aliud dicebat non ut instigaret eos ad ciuile bellum. At. Ad quod ipsi possent dicere si fecerimus quod hortaris scit interficere parentes maximum scelus nobis imputabitur. respondet. Si quis interfecit parentem quum ut extraneum omne scelus non imputatur peccatum.

E. Id est: miles qui erat accepit arma. sic et ceteri. ut balistarii. At. Munus trahit quemque quod permissum sibi fuerat a cesare. F. Capiunt presagia belli quia sic prostrauerunt castra eorum ita et acies prosternendas erant. G. Id est: si omnes essent soceri et omnes uellent fieri reges non tam precipiti.

Parcite nec castris uallo tendetis in ullo
Vnde acies peritura uenit; uix cuncta locuto
Cesare quemque suum munus trahit armaque rapti
Sumpta uirisque ceres capiunt presagia belli.
Calcatisque ruunt castris. stant ordine nullo.
Arte ducis nulla permittuntque omnia fatis;
Si totidem magni soceros totidemque petentes
Vrbis regna sue funesto in marte locasset.
Non tam precipiti ruerent in prelia cursu;
Vidit ut hostiles in rectum exire cateruas
Pompeius nullasque moras permittere bello
Sed superis placuisse diem. stat corde gelato
Attonitus. tantoque duci sic arma timere
Omen erat; premit inde metus totumque per agmen
Sublimi peruectus equo. quem flagitat inquit
Vestra diem uirtus finis ciuilibus armis
Quem quesistis adest. totas effundite uires.
Extremum ferri superest opus. unaque gentes
Hora trahit; quisquis patriam carosque penates
Quisquis sobolem ac thalamos desertaque pignora querit
Ense petat medio posuit deus omnia campo;
Causa iubet melior superos sperare secundos.
Ipsi tela gerent per uiscera cesaris ipsi
Romanas sancire uolent hoc sanguine leges.
Si socero dare regna meo mundumque pararent
Precipitare meam fatis potuere senectam;
Non iratorum populis urbique deorum est

P. Antiquus id est emeritus ens in sacra senectute uel imagine. que est imago illius militis uiuentis uel generanda quia bene exercuerat miliciam. H. Quia si illi probi milites qui quondam fuerunt essent in isto tempore ipsi pugnarent. hic tangit hystoriam de decio qui dedit se morti pro totius exercitus liberatione.

Pompeium seruare ducem; que uincere possent
Omnia contulimus. subiere pericula clari
Sponte uiri sacraque antiquus imagine miles.
Si curios his fata darent reducesque camillos
Temporibus deciosque caput fatale uouentes
Hic starent; primo gentes oriente coacte
Innumereque urbes quantas in prelia numquam
Exciuere manus. toto simul utimur orbe.
Quicquid signiferi compressum est limite celi
Sub nothon et borean hominum sumus arma mo-
Nonne superfusis collectum cornibus hostem
In medium dabimus? paucas uictoria dextras
Exigit. at plures tantum clamore cateruę
Bella gerent. cesar nostris non sufficit armis.
Credite pendentes e summis menibus urbis
Crinibus effusis hortari in prelia matres.
Credite grandeuum uetitumque etate senatum
Arma sequi sacros pedibus prosternere canos.
Atque ipsam domini metuentem occurrere romam;
Credite qui nunc est populus populumque futurum
Permixtas afferre preces. hec libera nasci
Hec uult turba mori; si quis post pignora tanta
Pompeio locus est. cum prole et coniuge supplex.
Imperii salua si maiestate liceret
Voluerer ante pedes. magnus nisi uincit exul
Ludibrium soceri uir pudor. ultima fata
Deprecor ac turpes extremi cardinis annos.

y. Rus uacuū. quo· i· in quo rure ubi prius fuerant supdicte ciuitates. ñ habitat senat̃ ñ coacta nocte inuitus· i· p noctē unā cū deberet ibi habitare p xxx· dies scdm legem nume. & hoc inuit̃· quia q̄stus numā iussisse hoc· u· Et quandoq̄dē singuli duces tam honeste sunt hortati suos. ergo utriq: p.

Ne discam seruire senex; tā mesta locuti
Voce ducis flagrant animi· romanaq; uirt̃
Erigitur· placuitq; mori si uera timeret;
Ergo utrinq; pari concurrunt agmina motu
Irarū metus hos· regni spes excitat illos;
Hę facient dextrę quicqd ñ expleat ętas
Vlla· nec humanū reparet gen̄ om̄e p̄ ęui
Vt uacet a ferro; gentes mars iste futuras
Obruet & poplos ęui uenientis in orbem
Erepto natale feret; tunc om̄e latinū
Fabula nom̄ erit· gabios ueiosq; chorāq;
Puluere uix tectę poterunt monstrare ruinę
Albanosq; lares· laurentinosq; penates.
Rus uacuū· quo ñ habitet nisi nocte coacta
Inuitus questusq; numā iussisse senatus;
Non ętas hęc carpsit edax monumētaq; rerū
Putria destituit· crimen ciuile uidemus
Tot uacuas urbes; generis q̄ turba redacta ē
Humani toto popli qui nascimur orbe.
Nec muros implere uiris· nec possum̃ agros;
Vrbs nos una capit· uincto fossore coluntur
Hesperię segetes. stat tectis putris auitis
In nullos ruitura dom̄· nulloq; frequentē
Ciue suo romā· sed mundi fece repletā.
Cladis eo dedim̃· ne tanto in corpore bellū
Iam possit ciuile geri· pharsalia tanti
Causa mali; cedant feralia nomina cannę

Et allia diu d· r· f. quia ñ fuit scripta in annalib: libris ppt magnitudinē p̄iculi· q̄ nolebāt audire cedant his malis· ideireo diē dir· 7 ñ sep̄· quia bellum qd fecit hannibal ap̄ alliū in burgundia scriptū ē. post thessalicū bellū· quia istud erat maius. Allia debem̃ dicere ppt metruos. K. Morbos qui fluunt de homine ad hominē· ut cōmunis morbus. L· In qua cremabantur hoēs· q̄ ñ audent exire ppt hostes. O· Et hii uiri possent explere tremores,

Et dāpnata diu romanis allia fastis;
Tempora signauit leuiorū roma malorū
Hunc uoluit nescire diē· quo tristia fata,
Aera pestiferū tractu· morbosq; fluentes
Insanāq; famem· pmissasq; ignib̃. urbes.
Męniaq; in p̄ceps laturos plena tremores.
Hi possent explere uiri· quos undiq; traxit
In miserā fortuna necē· dū munera longi
Explicat eripiens ęui; poplosq; ducesq;
Constituit cāpis· per quos tibi roma ruenti
Ostendat quā magna cadas; quę latius orbē
Possedit citius p prospera fata cucurrit.
Om̄e tibi bellū gentes dedit omnib̃. annis.
Te geminū titan p̄cedere uidit in axem.
Haud multū terrę spatiū restabat eoę.
Vt tibi nox· tibi tota dies· tibi curreret ęther.
Omniaq; errantes stellę romana uiderent.
Sed retro tua fata tulit par omnib̃. annis
Emathię funesta dies. hac luce cruenta
Effectū ut latios ñ horreat india fasces.
Nec uetitos errare dachos in męnia ducat.
Sarmaticūq; p̄mat succinct̃ cōsul aratrū;
Qd semp sęuas debet tibi parthia pęnas.
Quod fugiens ciuile nefas redituraq; nūquā
Libertas ultra tigrim renūq; recessit.
Ac totiens nobis iugulo quęsita uagatur·
Germanū scithicūq; bonū· nec respicit ultra

Laturos męnia in p̄ceps· i· in p̄cipicium unde om̄s p̄cipitarē se de muro· o· timore hostium.

N. Nox· i· illo loc̄ ubi iugit̃ sunt tenebrę· & dies ubi est assiduus dies.

O. Quia ingressi sunt in numū quę po fuerant eis roma

Q. P̄mat sarmaticū aratrū succinct̃ c· id: sup locū ubi p̄us erat murus ciuitatis· qd erat signū ne amplius reedificarent ciuitatem.

Q. Hic tangit hystoriam quod romulus et remus exierunt in montem auentinum ut augurium caperent in quo tempore uultur apparuit in sacrificio romuli. R. hic tangit hystoriam que hic quod brutus expulit tarquinium de regno reddens libertatem romanis. S. Quia dicebant in tempore illius consulis data est ista lex. X. Isti sunt feliciores quam nos qui non pudet seruire quam nos et quia seruimus. profecto nobis nulla sunt numina.

T. Illa loca que nihil meruerunt preter emathiam dimittet.

V. Nota appositum filium ad comendandum quod non fuerit tantum facinus ut est istud.

X. Et cum iuppiter puniret illos dabit ipse mihi diem thessalie in quo possit thessalia tanta perpetrare. Non faciet utique.

Y. Diuos i. semideos ut cesarem et ita immolabimus cesari ut diuus quod est magnum dedecus.

Concurrerent pari motu sed non statim pugnabant.

Ausoniam · velles populis incognita nostris.
Vulturis ut primum leuo fundata uolatu
Romulus infami compleuit menia luco.
Vsque ad thessalicas seruisses roma ruinas.
De brutis fortuna queror · quid tempora legum
Egimus · aut annos a consule nomen habentes.
Felices arabes · mediique eoaque tellus
Quam sub perpetuis tenuerunt fata tirannis.
Ex populis qui regna ferunt sors ultima nostra est
Quos seruire pudet. sunt nobis nulla profecto
Numina cum ceco rapiantur secula fato.
Mentimur regnare iouem. spectabit ab alto
Ethere thessalicas teneat cum fulmina cedes.
Scilicet ipse petet pholoen petet ignibus oeten
Inmeriteque nemus rodopes pinusque mimantis
Cassius hoc potius feriat caput. astra thieste
Impulit et subitis dampnauit noctibus argos.
Tot similes fratrum gladios patrumque gerenti
Thessalie dabit ille diem. mortalia nulli
Sunt curata deo. cladis tamen huius habemus
Vindictam quantam terris dare numina fas est.
Bella pares superis facient ciuilia diuos
Fulminibus manes radiisque ornabit et astris
Inque deum templis iurabit roma per umbras.
At rapido cursu fati suprema morantem
Consumpsere locum · parua tellure dirempti ·
Inde manus spectant · uultusque agnoscere querunt.

Hic versus in nostro exemplari typographico non habetur, sed sequitur.

Q. Videre ibi et gemere erat contractas romanorum uires in campis pharsalicis ad occisionem mutuam constituisse · quas si concordia rexisset · nulli populi · nulli reges ferre potuissent.

Quo sua pila cadant · aut que sibi fata minentur.
Inde manus spectant tempus quo noscere possent
